This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Digitized by Google

Math 533

Math 533

UNIVERSITEITSBIBLIOTHEEK GENT

00070475

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

STEGANOGRAPHIÆ
NEC NON
CLAVICVLÆ SALOMONIS
GERMANI, IOANNIS TRITHEMII
ABBATIS SPANHEIMENSIS
Ordinis S. Benedicti (quæ hucusque à nemine intellectæ, à multis fuerunt condemnatæ, & Necromantiæ notâ inustæ) genuina, facilis, dilucidaque declaratio:

Ex quâ constabit liquidò omnia ea quæ Author in iis libris promittit, effectum habere infallibilia securissimum, hunc-que nullo modo à pactu aliquo, aut superstitione dependentem, sed à principiis, & naturalibus causis necessaria sequela dimanantem.

A Ioanne Cramuel L. Sacræ Theologiæ Professore Cist. in Trithemii apolysin summo studio, summo dispendio temporis concinnabatur.

Opus sanè hucusque ab Inpioribus creditum inpossibile, à sanctioribus, qui mores, vitam, scriptaque Trithemij venerantur, per optatum, Cabalæ doctrinæ Theoricis ditissimum secretis; nec non Doctoribus Theologis, Expositoribus, Hebreosophis, Latinis, humanæ curiositatis studiosis: Regibus, Principibus, omnibusque qui Litterarum, vel fortunæ eminentias obcupant perennè necessarium.

COLONIÆ AGRIPPINÆ
Typis Egmondanis, Sumptibus Auctoris,
Anno M. DC. XXXV.

Digitized by Google

Digitized by Google

OBCASIO SCRIBENDI

Vbi de Monasterij Alnensis pulchrè-regii (quò majoris quietis gratiâ secessit Author, vt hunc librum difficillimis profectum eficientem studiis, continuique edacem temporis conponeret) situ, dispositione, ædificijs, architecturæ legibus, diuitiis, deque ipsas piè-prodigo dispendendi modo disseritur.

LVCANVS

Alnos vicina præcurrit in æthera Luna.

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ.

Est locus in Sylua Ardenia, quà Sambra virentes
Argento liquido ditat honorus agros,
Hic domus illustris, quæ nomen duxit ab Alnis,
Empyreo humanè-Cælica digna Deo.
Remigio alarum (illas contemplatio summi
Numinis adsiduè culta ministrat Aui)
Astriuolans facilis mortali exuta cothurno, est
Cœlitùs-excelsis non peregrina Polis.
Liquidus-undosè fluida conspexit ab imâ
Chrystallo, à profugis respicit imus aquis.
Deludi speculis falsæ sub imagine formæ
Credit, queis fallax motus obliquat aquas.
Dumque Telescopium fundat fugitiuus arenis.
Protendit supero lumina mera Polo.
Et Clarè adspexit luces super æthers Alnam

Fluuius qui lambit muros Monasterii, & postea exonerat in Mosam, et cum hoc in Rhenum.

Telescopium est instrumentum prospiciēdi à longè.

Digitized by Google

Vndâ cœlestis nobiliore frui.
Ingemuit, steteruntque comæ; atque silentia rumpens
Tristis aquosa, graui talia voce refert.
Me miserum! mea cura periit! perlustre misellus
Abmisi eximium, quod dabat Alna decus!
Non placui! placuisse velim, sitibunda per Astra
Expetit (heu!) fontis limpidioris aquas.
Quid faciam? mihi quis poterit præbere fauorem?
Non vult cœlestis, Thetys Holanda nequit!
Desertus splendore, velim dulcore disertus
Esse tibi, vt possem te reuocare Polo.
Sed mens fixa Deo, qualis reuocabitur Astris?
Pro fluidis solidas quomodo linquet aquas?
Alna soror, iamque Alna Parens, generosa relinquis
Me siquidem, vt recolas mente perennè Deum,
Sunt quæcumque Dei, nolim referenda negentur;
Quod tamen est liquidi Cæsaris, ipse feram.
Da mentem Trideo, debetur nam ista Triuni,
Dura negare tuo mi nequis ipsa pedes.
Hos ego honore colo; fugitiuus vt osculer ipsos,
Promouear quamuis pondere, sisto gradum.
Fac maneant orbo celebres in littore muri,
Vt dicant taciti. Nil vbi Troia fuit.
Corpora fac maneant, sanctâ sine mente, sepulchro,
Nomi nis ἡρῳου, Corniger orbus, ero.
A longè pinos humeris portabo triremes,
Vt lambat plantas multa carina tuas.
Te vt celebret cultu, peditum me semper habebit
Plurima continuo littore turba ducem.

Ipse

Digitized by Google

Ipse viris mœsto peregrinis murmurè dicam,
(Tritritiæ voces & quoque murmur habet!)
Hic sunt exanimes muri, sine corpora vitâ,
Namque animus Æther, & Polus altus habent.
In Cœlis habitant animi, super astra triumphant,
Cœlitùs in terris corpora sancta regunt.
Defuncti-viuunt, viui-moriuntur; & vnà
Sunt, desunt: habet hos, dum caret ipse locus.
Defuncti Mundo qui corpore, mente Triuni
Viuunt, vt placeant mente perennè Deo.
Ingrediuntor; opes, viuis gazasque sepulchris
Conspicite: haud illas junxit auarus honos.
Edmundi immensas diuinè-prodiga virtus
Quæsitis miseris vndique præbet opes.
Visa loquor: quotiens jussus portare misellos!
O quotiès humeris è procùl ipsé tuli!
O quotiens reduces vrgebam piniger vndas,
Me vt possent properum dissuperare rates!
Terga dabam facilis ratibus venientibus Alnam
Rumpere contentus ærè superficiem.
Radebant tantum liquidas, sine pondere, pelles:
Pectebatque meas multa carina comas.
Postquam virgo Ceres, Vulcano aut nupta marito,
Pomona & pandas obcupat ipsa rates,
Intrauit postquam bis-grati copia Bacchi,
Bis-gratum gratis quem facit esse datum.
Postquàm, quas viuens viuentes inclyta Pinus
Cælabat foliûm luxuriosa comis,
Mortua defunctas, largitus munere largo

Abbas doctissimus & piissimus eiusdem domus.

Mittit naues vt adducat pauperes domũ

Digitized by Google

Pauperibus, cepit pectore panda feras.
Iam contenta grauis non est mihi pectere crines,
Non contenta grauis pinus arare comas.
Non satis est ipsis vndosam radere pellem
Consuetis, humeros dilacerasse meos
Dumque in frustra secor, patiens mea terga ministro;
Nec causor crebro vulnere fracta videns.
Inpetor vt conto transfossus pectore, miror,
Quos aluit Pietas non agat esse pios.
Si Cœlum Pietas fertur, mihi grator; Olympi
O quotiéns fuero Belgicus huius Atlas.
Exonerem confractus aquas, venio æquora, Holandæ
Subspectus Tethi judicor esse fide.
Naiades audiui Neptuno dicere Regi
Non est securus (credito) Sambra tibi.
Cum milite Regis liberaliter opes dispendit.
Edmundi est seruus, qui turmas Martis Iberi
Imperijs nostris insidiosus alit.
Nec potui (fateor) licet esset cuncta negare
Vtile, nam latè publica Fama canit.
Si vos fortè tu'in Sophiæ sitis, ite Polaris
Doctrinæ dulces inuenietis aquas.
Doctores inibi, qui se nouere priores,
Vt proprio possent ordine nosse Deum.
Parcere si auditu placet, & discurrere visu
Doctorum mentes ingemosus, habes.
Est Bibliotheca Alnensis totius Belgii ditissima.
Ingrediare velim, semel Aulam Alnensis Athenæ
Vt tot mireris sydera, mentis opes.
Theologus, Physicus, Medicus, Consultus vtroque
Iure, Adclamator; Rex, Ciuis, Agricola,

Nauita

Digitized by Google

Nauita, Arithmeticus, Logicus, Dux, Miles, Atletes,
Astronomus, Metres, Musicus, Hydrosophus,
Inuenit ipse Deum, Naturam, Pharmaca, Leges,
Inque hac conceptus, Regna, Domos, Segetes,
Mappas, Mensuras, Voces, signa, Arma, Quadrigas,
Astra, Superficies, Organa, & Oceanos.
Sanè es nobilior Mundo, nam sparsa per Orbem
Omnia coniunctim Bibliotheca tenes.

Habet libros omnium facultatum.

Edmundo soli subsistere cogeris; esse
Vnica te major nam tua causa potest.
Vos quoque (prosequitur senior) quos cultus, honosque
Attrahit humanè Calicus, ipse Dei.

Coniunxit illos præsès Abbas.

Aëra per vacuum pendentia crura columnæ
Multiplicis, Templum nobilis artis opus,
Adspicite, æternùm laudabitis; omne per ævum
Marmorei isthujus viuet honoris honos.
Fortè videre vacat, semper vidisse iuuabit,
Vt vobis mirum post nihil esse queat.
Vrget si tempus, quæ excelsa videre nequitis,
Exaudite, breui carmine Templa canam.
Vestibulum intrantes recipis, sopite Iacobe,
Cui fuit excelsi cognita scala Poli.

Scala Iacob in porta Ecclesiæ.

Natalem Templique diem per carmina pandis;
Absida, balbarum fronte, Pylorus habes.
Ingredior, murosque pios ornasse Sybillas
Miratus, Christi nomen vbique lego.
Vt noscat Mundus, Vates splendore priores
Diuino veteres irradiante loqui.

πυλωρος *Porta, cuſtos.*

Quæ media Herculeâ fundant virtute columnæ

Forni-

Digitized by Google

Fornicis inmensi pondera conposita,
Discipulûm Christi senis decorantur idæis
Hàc, totidèm illàc; hic, ibi marmoreis.
Versicolorē Chorum pia Dorica machina saxo
Initiat, plinthis consita, pulchra thoris.
Illustris trochilis, variis redimita trigliphis,
Est quorum medius multa methopa locis.
Nobile epistilium Teniâ-sub gutta coronat,
Omnis adest splendor, dedecor omnis abest.
Insupèr illustri Crucifixi pendet imago
Arte fabricati, pulchraque materie.
Fallimur, aut solido simulacrum efingitur auro,
Quâque aurum videas prætereâque nihil.
Humanè-Angelicoque choro sedilia cernes,
Hinc variis, variis indè decora modis.
Audii, sæpe Iouem ad Superum Regina volantum
Est Mundi orantis nuncia missa Deum.
Non audii ornari plumis ex ære, relicto
Æthere in Almensi delituisse solo.
Non audii, at vidi, medios manet ipsa choregos,
Quà licet atque ipsis area præbet opem.
Libera librorum nec pondere, sustinet alas,
Nonque gravis mutat dum volat ipsa locum.
Tanta quies, est tanta loco modestia tanto;
Est tanto grauitas Numine plena, Choris.
Vt neque sit trifera licitum motare voluori
Aëra, nec ventos plumâ agitare graui.
Orpheus si potuit citharâ retinere volantes,
Si hoc cantantē, Deo subdita nulla Ioui.

Aquila ex ere solido maxima in médio Chori.

Est

Digitized by Google

Est verè Orphæus chorus is, nam nobilis Ales
Audiat vt Monachos, tempserit ista Iouem.
Audiui Thebæ muros dulcedine cantus
Lucigerum celsos ædificasse Deum.
Et meritò, mihi Apollo (Deum quem Græcia cultu
Majoris laurus ambitiosa colit)
Est Moyses Μωυσῆς Pater almè-dulcis, Orebo
Cœlica qui vidit Numina Monte Dei.
In tabulis præcepta decem seruanda recenset,
Consilius isthæc præposuisse jubet.
Legem vt credideris constantem, ostendit ahennis,
Quæ æreus in tabulis grammata multus habet.
In mediisque choris sidens templa alma Corégus
Scit mutè-recinens ædificare Deo.
Ædificat mentes memoriis, optatque Tabellis
Pectora, & adsequitur æquiuzlere suis.
Si teneas aras maiores, plurimus auro,
In quibus argento multus abundat honos.
Ex Lunâ solidâ (Chymicon tibi grata metallis
Nomina si ex Cælis adpropriata placent)
Conspicies fussam Lunæ radiantis Ideam,
Plurima quæ est Cœlo gloria, stella mari.
Huic solium posies, quos fabricat arte Corinthus,
Nobile perlustres materiâ, arte parant.
Audieram Solem-circa discurrere Ephœba
Lumina, quæ vulgus nominat Austriaca.
Quod Medicæa Iouem circumdent sydera vidi,
Circumeant Cronia stemma senile faces.
Qui nullos Cœlis Laterones flauus habebas

Moysses figura maxima ex ære solido conflata in medio choro.

Argentum Chymicis vocatur Luna.

Circa solē Iouem, & Saturnum volant quidam Planetula.

Digitized by Google

Mars est as.

Septem hic Mars claras lampadas vnus habet.
Vnus in illustris lucescis pectore templi,
Te circum rutilos sex geris ipse rogos.

Candelabrũ excellentissimũ ante Altare Maius.

Te tu nobilior, melior Mars ipse metallo
Inque tuo, proprio quam potes esse Polo.
In Cœlis vno non magno lumine fulges,
Hic tibi sunt plures flammicomoque faces.
Si ornatum memorem, Edmundi meminisse necessum,

Habet ornamenta ditissima.

Munera qui Templo nobiliora dedit.
Audisti peregrine decus, quod continet Alna,
Vidisti eximium quo micat Alna decus.
Colligo de visis illustribus, ecqua supersunt,
Consultò celebrans quæque supersedeo.
Dic, vadas quocumque, tuis, miracula Mundi
Vatibus haud vltrà concelebranda fore.
Si excipiant Alna Iuuar admirabile, Mundo
Nil toti mirum, quod queat esse, manet.
Dixerat, & liquidis sese commiscuit vndis,
Quo commista Deo mi fuit vnda, Vale.

Alna locus quietissimus, verè Minerua sacer.

Suspensus (fateor) Sambrâ fugiente (remansi
Mutus post docte liquida verba) Deo.
Pectore proposui Arces, quas Oracula laudant,
Debere vlteriùs laudis honore coli.
Hic mihi summa quies, studiis quæsita Cabalis,
Hic fuit arcanis vtilis vmbra modis.
Hic liber strepitu ciuium, procul hicque tumultu
Trithemio posui subdolus insidias.
Venatus tandem, tandem secreta volucris
Mystica Trithemii, nocte, dieque vigil,

Digitized by Google

Non

Non capiens animus (siquidem retinere repugnat
Tot variè obcultis sparsa minuta dolis)
Incepit calamo mentis mandare sodali,
Artis & hic primos explicuisse modos.
Creuit amica quies, requie crescente secundâ
Fœlici natum sydere creuit opus.
Obcultè illustris Methodi penetralia, menti
Vltima panduntur, cui patuere viæ.
Sic quacumque meâ clarescens luce volumen,
Non potuit tenebris delituisse suis.
Ille ego (ditebat) quem damnauere priores,
Quique liber nusquam tempora liber ago.
Quocumquè adueniam Nicromanticus esse reclamor,
Eloquio plenus dæmonis indigitor.
Si morior, flammis mea clauditur vltima vita;
Error, dum viuo me latuisse facit.
Secretum præter tenebrosum, præter & ignes,
Nouero me nullas subtinuisse vices.
Me ornasti clara priuatim luce benignus,
Iamque mihi solitus deficit ore pudor.
Nullos jam timeo; ingenuus demonstror; amicè
Tractabor, veniam quaslibet ipse manus.
Tempore iam longo latui, latuisse iuuabit,
Vt simul adueniat debitus omnis honor.
Fac videam lucem, videar fac lumine, Mundus.
Iniustè ablatum restituatque decus.
Nec mora, permittas tenebris exire, jecundus;
Opto, peroptor; amo lumina, lumen amat.
Me expectat Lyceus, mihi luces optat Olympus,

Compositus fuit anno 1500.

Digitized by Google

Pater Steganographiæ Trithemius, fratres alii eiusdem authoris libri

Ille meos fratres, & tenet iste patrem.
Ipse mihi decus adfuero, decus ipse Parenti,
In Cœlis fruitur qui meliore die.
Ipse meos fugi fratres, fugiebar ab illis,
Qui hinc nos contineat grande volumen erit.
Fac videam lucem rogote: rogat omnis Athena,
Ordo te illustris, Trithemiusque rogat.
Instantiis victo dare luci obculta necesse
Queis steganographicum nobilè abundat opus.
Obsequio vt maneas adfectus, Candide Lector,
Doctius vt vulgus permaneatque ferum.
Atque nota liber maneat liber iste notarum.
Trithemio authori detur vt æquus honos.
Ipsi ergò, obcurrat quidquid laudabile, debes,
Mi tantum lucem. Fungere. Viue. Vale.

PROLOGVS.

Plures Apologeticos, qui variis curabant viis doctissimi Abbatis Trithemii æstimationem (quæ propter hoc opus Steganographiæ ab ipso conpositum satis periculosè lædebatur) instaurare, incolumemque seruare in posterum, ne vlterius ab inimicis vexaretur, vidi. Sed omnes nullas alias pro Trithemio rationes adducebat acriores, quam illas, quæ ipse olim scripserat contra Bouillum, ideoque semper censura de Authore & libro relinquebatur Iudicis pietati. D. Sigismundus Abbas de Seon in Bauariâ Ordine Benedictinus niger, vir sanè doctissimus, in Apologiâ, quam anno 1616. edidit pro Trithemio, Artis ingenuitatem

Digitized by Google

nuitatem Steganographicæ tantummodo probat ex Trithemii sanctitate, & vitâ, & sic licet doctos conuincat, indoctos, & inpios, qui argumenta a sanctitate ducta non penetrat, non potuit à suâ sententia reuocare. Ex eo transcripsit (vt & ipse fatetur) Baltazar Bellerus ea quæ dixit Lectori ante octo quæstiones Trithemianas, vbi in singulari suam ipse censuram publicat his verbis. *Opus istud fecerat Abbas de modo sua arcana, aliis artem scientibus tum secreto maximo patefaciendi; sed regulus artis hujus ne intelligeretur, nominibus spirituum, quasique inuocationibus Magicis velauerat, sub quibus tamen non Magica aliqua operatio, sed tantum arcani latentis inuolucrum continebatur.* Possum id de Bellero dicere quod olim de Moyse Græcus Philosophus: optimê quidem loquitur, si probauisset. quod adseritur est certissimum, sed tantùm hucusque ex fide humanâ cognitum, maiore rationum efficatiâ, & sedulitate demonstrandum. Me etiam sæpius pietas inuitabat, & Trithemii veneratio (semper eum acutissimum colui) vt etiam aliquid pro eodem scriberem, vt eum a notâ illâ à pessimis illatâ hominibus potuissem liberare; sed semper fuit animus non ἀπολογίαν, non ἀπολόγημα sed ἀπόλυσιν, hoc est non defensionem, non excusationem, sed liberationẽ, ab omnique absolutionem notâ publicam facere, vel nihil facere; sepe inexplicabilis textus Mysticus me reducem agere moliebatur, totiens repetito itinere remotissimam illam, nullique peruiam Steganographiæ regionem incipiens credebam superasse, cogniturus in breui verum ad ardua, & inuia artis curiosissimæ conductorem nedum à lõgè salutasse, tandèm tandem a sermone illo mystico nulli

Digitized by Google

mortalium cognito

Post varios casus, post tot discrimina rerum
Venimus in Latium

ipsius clarissimum, & dilucidissimum sensum, quo jam pietas olim fidei initens maneat demonstrata, & Abbatis nostri fama clarissima, illustrissimus splendor, sanctissimique mores hac apólysi manebunt incolumes, imitabunturque in hoc mundo, illam, quâ ipse (vt spero) in alio fungitur, æternitatem. Vale.

DISPVTATIO.

Vtrum Tribemii Steganographia & Clauicula iustè potuerint interdici.

Tot audiui hominum, qui sibi Doctores videbantur, & in aliis non erant inperiti, sententiâs, tam in nostrâ Hispaniâ, in quâ sanctissimum Inquisitionis Tribunal audacias cohibet, quam extrà Hispaniam, vbi in sentiendo licentiosior gens est. vt necessarium judicauerim hanc quæstionem ante explicationem isthorum controuertere, vt inter oppositarum partium tela veritas illesa clarius, & dilucidiùs cognoscatur.

Vt ergo omnis confusio eliminetur est dignissimum adnotatione rem non posse fieri ex pluribus oriri posse, primo defectu potentiæ actiuæ, secundò defectu passiuæ, tertiò vtriusque, quartò defectu alicujus circumstantiæ requisitæ essentialiter. Exemplis rem dilucidemus. Primo modo color inuisibilis est ab auditu, quia licet habeat visibilitatem passiuam, deficit in auditu actiua potentia, à quâ videatur. Secundo modo inuisibilis est oculis sonus, non quod in iis virtus actiua desideretur, sed quod sonus non habeat capacitatem passiuam vt videatur. Tertio autem modo est sonus inuisibilis respectu tactus, quia deest vtraque virtus tam actiua, quam passiua, vt cõspiciatur. Vltimo autem modo est color inuisibilis ipsimet oculis si sit in tenebris, non defectu alterutrius potentiæ, actiuæ, vel passiuæ, sed defectu circumstantiæ essentialis, & conditionis sine quâ non, quæ est lux. Hac certissima subpositâ doctrina breuiter venit discutiendum

Digitized by Google

tendum potuerit ne hic liber interdici, & si non potuerint in quo consistat impotentia.

PARS NEGANS.

Qui minoris pietatis obligationes à suis majoribus hæreditarunt in Angliâ, Batauiâ, & similibus Prouinciis, in quibus Romani potestas non cognoscitur Summi Pontificis, in ea sunt sententia vteredant nullam dari sublunarem potentiam quæ possit libros interdicere, siue sint mali, siue boni, & probant, quia mentalia nulli humano sunt subiecta Iudici, aut Tribunali, quod etiam nos admittimus cum negamus conmuni pronuntiato de obcultis Ecclesiam judicare. Atqui libri nihil sunt aliud quam mentales hominum conceptus simul iuncti, ergo libri exempti sunt ab omni judicio, a nemineque possunt mortali condemnari.

Alii admittentes dari humanam potentiam quæ quantum est ex se potuisset libros interdicere, nihilominus ipsissimos interdictionis incapaces judicant quia nullos reperiunt qui sint nociui, omnes iudicant vtiles, & bonos, Ratio isthorum hæc est, quia sicut ensis ex sua natura est indifferens ad conseruandam & perdendam vitam, & malitia non consistit in hoc instrumento, sed in ipsius abusu, quando quis abutens illo limites rationis excedit, sic similiter libri quilibet ex natura sua sunt indifferentes quia vel conducunt ad ædificationem virtutis, vel ad cognoscenda meliùs vitia vt meritoriùs eadem fugiamus, quia in libris hæreticorum docemur quam friuola sint suæ defectionis fundamenta, in libris Necromanticorum quam superba sit natura Dæmonis, in omnibusque superstitionibus, quam fallax eiusdem spiritus concursus, & tandèm in omnibus vanitatis libris discimus quomodo debeamus peccatores corrigere, & in eorum confessionibus dijudicare, libri ergo omnes ex naturâ sunt vel vtiles, vel indifferentes, etsi aliquando nociui videantur, quia hoc ex abusu hominum exordium sumit, sicut ergo esset inpossibile interdicere arma in Republicâ, quia licet in abusu sunt pessima, in vsu legitimo sunt excellentissima, sic similiter, si omnis librorum malitia consistat in abusu, tenebimur dicere nullo modo interdicendos esse.

Tertio alii: licet detur potentia interdictiua, & capacitas in libris vt interdicantur necessarium est quod interdicantur ignorantibus, & injustis non vero Doctoribus, sapientibus, & justis viris, justo etenim nulla est lex posita, & sic ignorantia, & abusus ex parte illius cui tales libri interdicuntur est tanquam cõditio sine qua non,

qua

Digitized by Google

qua defficiente non possunt interdici. Probatur, Tota ratio qua libri interdicuntur est quia sunt nociui, atqui sapientibus, & litteratis viris, justis & timoratis nullus liber nociuus esse potest, nullus eis igitur poterit liber interdici.

Quarto alii loquentes in singulari de Steganographiâ efficacius argumentantur sic. Hic liber interdicitur quia malus, atqui constat ex hominibus doctissimis talem non esse, ergo non est interdictus.

Quinto omnis inperans debet habere notitiam illarum rerum quas præcipit atque interdicit, quia si fieri juberet rem quam ipse omnino ignorat, nullo modo eius mandatum subsisteret, quia ad mandatum debet superior ad minus cognoscere operationem, ne dicatur cœcomodo præcipere. Atqui in hoc libro cœco modo proceditur, quando interdicitur: certum est enim scriptum esse in ciphra, quam nullus interdicentium intellexit, non igitur est interdictus.

Præterea aliquis acutiùs rem considerans subiunxit hunc librum à nemine hucusque fuisse interdictum, quia standum est litteræ legis, præcipuè si ipsa per se sit clara, & conspicua, Atqui quando interdicitur hic liber semper sub iis, aut verbis similibus cauetur, scilicet. *opus quod falsò adtribuitur Trithemio Abbati viro pio & docto &c.* ergo opus quod verè Ioanni nostro Trithemio adtribuitur non interdicitur, atqui ex Apologiis Trithemii, & ipsius Polygraphiâ constat hanc Steganographiam esse eiusdem, ergò hæc non interdicitur, sed forsan alia ipsi Authori subposita, de quâ quid curæ?

VERA SENTENTIA.

Is non obstantibus, quæ aliqualem verisimilitudinis præ se ferebant adparentiam, dicendum est libros siue à Summo Pontifice, siue illius authoritate interdicantur reuerâ manere interdictos, quod hac ratione demonstratur. In summo Pontifice, vel in eo, qui ipsius fungantur authoritate, non deficit potestas interdicendi libros in genere, nec in libris deest capacitas vt interdicantur, neque ad hoc requiritur aliqua conditio, ergo quando interdicitur Steganographia, vel Clauicula re-uerâ manent interdictæ. Prior antecedens probatur, quia obficium Pontificis est curare de perfectione spirituali animorum, interdicens quæ nociua huic sunt, & præcipiens vtilia vt constat; dari libros nociuos, nemo non videt nisi cui Meridies meris tenebris obrutus esse videatur. quia in libris Nicromanticis exempli gratiâ, quæ potest vtilitas imaginari, quia quomodocumque

ipsis

Digitized by Google

ipsis quispiam vtatur, male vtetur, sunt etenim per se mali & pernitiosi, & sic potiùs fugiendi, quam legendi: neque hi aliqua circunstantia communiter possunt esse boni, quia licet aliquando in singulari possint esse vtiles, de quo dubito, leges debent prouidere communibus, & in vniuersum nociuos eos esse vix potest verti in controuersiam. nec in vniuersum apud doctos & Sanctos liberi sunt ab omni malicia, quia ipsi quantum sunt ex se parati sunt suum venenum infundere, & quod hoc à Doctis & sapientibus non admittatur hoc est per accidens, subficit ipsis nusquam posse esse vtiles, & quãtum ex se est, esse peperuo perniciosos.

Prætereà, cum Sancti & Docti non sint in gratia confirmati sed possint labi, debet etiam ipsis Pontifex, vt Pater vniuersalis prouidere, vt omnis obcasio tollatur decidendi, atqui tales libri in vniuersum tales sunt, ergo in vniuersum etiam doctis, justis, & Sanctis lectio talium debet librorum denegari.

Consultò dixero in vniuersum, quia in particulari tales poterunt aliquando circunstantiæ concurrere, vt homini docto licet non sancto (nusquam sancto si non docto) lectio horum vel illorum, prout necessitas postulat possit concedi. Sic libri hæreticorum licet sanctis non debeant permitti, permittuntur sæpiùs Scholasticis, vt possint inpugnare; sed hoc à Superioribus curari velim; quod qui tales habeant sint docti & pii, & ex justâ necessitate illis vtantur, vitantes omnes alios ne in ipsorum Bibliothecis eos possint euoluere.

Vnde obiter certissimum judico nulli expedire habere superstitionis libros, sicque à Catholicis hominum manibus arcendos, & flammis condemnandos, & omnia hujuscemodi Authorum volumina iri interdictum.

Quantum ad nostrum Trithemium adtinet, & ad ipsius Steganographiam, & Clauiculam, hos justissimè libros fuisse interdictos certo certiùs judico, Primo quia licet ipsi non essent mali summâ cum probabilitate tales fuerunt ab interdicentibus judicati, & hoc subficiebat vt eos potuissent interdicere. Secundo quia licet in se nõ erant mali erant nociui, quia à vulgo inperito & à doctis etiam pluribus admiitebantur, & legebantur tanquam superstitiosi sperantibus dæmonũ medio se esse quæ in titulis pollicebatur adepturos, sicque hi libri peccatorum plurium fuerunt causa, cumque superiores debeant curare de peccatorum eliminandis motiuis justissimè volumina hæc interdixerunt, quæ tot hominibus obcasionem præbuerunt aberrandi.

C AR-

Digitized by Google

Hinc rationibus adductis in oppositum satisfaciemus. Ad primam dico de spiritualibus, obcultusque non judicare Ecclesiam si sint merè spiritualia & intrinseca, at libri non sunt obculti & intrinseci cóceptus mentis, sed extrinsecæ, & publicæ conceptuum notæ, & sic non vrget argumentum.

Ad secundam dic dari libros ex se malosi, vt sunt Nicromantici, qui quantum est ex se non possunt esse boni. Dantur alii nociui (de quorum numero est Steganographia, quæ licet intrinsecè vt dicebamus non esset mala, erat talis extrinsecè vt cognita, quia communiter reputabatur Nicromantica) & sic capacitas passiua in libris quâ possint interdici à nullo venit doctiore deneganda.

Contra ea quæ subponuntur in tertiâ ratione plura diximus, quia sicut venenum interficit doctos, & inperitos, ita virus scriptorum nocebat vtrisque, & in hoc tantùm distinguetur à doctiore inperitus, quod præcognoscat periculum, vt possit fugere, securior autem erit si à Superioribus ita disponantur omnia, vt non sit necessarium fugere, quod adcidet si tales libri fugiendi fugentur.

Admitto ad quartum obedientientiam, quæ ex parte subditi debet esse cæca, ex parte autem superioris debere esse prudentem, ita vt si ipse iubeat v.g. facere talem rem, & ipse ignoret significationem nominis, indoctè procedit, & si hoc (quod est difficile cognitu) euidenter vel aliâ cognitione percipiatur certissimâ, qui perceperit non tenebitur obedisse; sed hoc ad præsens non conducit, quia tribunal Inquisitionis à doctissimis, & nemini postponendis componitur viris, ipsi optimè nouerunt, quid nominis, & quid rei, cum hæc interdixere volumina, summâ cum probabilitate pro tunc crediderunt pactus alicujus saltim inpliciti irritita, quia spirituum nomina, ipsorumque conjurationes satis vero similem faciebant isthanc partem, & in opinione probabili justissimè potuerunt procedere, & ab omnibus (nullum excipias) debuerunt obediri. Hoc dixero admittendo omnes Inquisitores non cognouisse lectionem hanc obcultam, neque explicationem hujus libri, vt argumentum adsumebat. Major autem erit difficultas si semel admittamus superiores licet non in singulari cognouissent obcultas Steganographici lectiones voluminis, nihilominus de ipsius ingenuitate non dubitasse, quia cum doctiorum hæc sententia fuerit, & de numero doctiorum sint ipsi, non poterimus ipsis rationabili ducti fundamento talem notitiam denegasse. Hoc igitur

Digitized by Google

igitur admisso (quod negari vix potest) inquirò vtrum justè contra hos libros sententiam fulminarent. videtur enim condemnatio injusta quando judex notitiâ certissimâ condemnat innocentem.

Respondeo quod etiam in hac hypothesi justissimè volumina hęc potuerunt interdici, quia sicut Dominus Christianus seruo Iudæo non potest carnes porcinas dare manducandas, licet certâ cognoscat manuductus notitiâ, illas hominum nulli esse interdictas, quia seruus qui gubernatur dictamine non Domini sed proprio, eas interdictas judicat, & sic non debet cogi, neque in proximam obcasionem adduci, vt contra dictamen operetur. Sic similiter hi libri á vulgo inperito & à conmuni hominum superstitiosi credebantur (erraret, vel non; ita vulgus credebat) ergo licet superioribus ingenuitas voluminum isthorum esset liquido liquidiùs manifesta, potuisset curari, ne commune inperitum haberet obcasionem peccandi, & inuocandi, licet sine effectu, spiritus regionis subterraneæ.

vltima ratio mihi fuit obiecta ab ingenio, quod dum superuineret, à multis totius Orbis terrarum credebatur excellentissimum, & sane nullius injuriâ dixerim, nullum ego cognoui, quod cum ipso potuisset conparari; à natiuitate etenim vir cœcus (hac indigitatione cognoscitur esse Reuerendus Dominus Petrus de Vrueña Monasterii de la Espina, apud Vallisoletanos, nusquam satis laudatum ornamẽtum) non solum fuit Musarum Pater, & eloquentiæ Coriphæus, sed etiam (vix auderem dicere, ni extarent ipsius opera Mathematica) qui voluit, & potuit supernas Planetarum aulas visui negatas, mentis acumine discurrere, & nouis circulis, certissimisque periodis inuentione plus quam naturali errones adligare. Hoc de Authore dixerim solùm vt videatur à curiosis in vtroque tomo Musico, & Mathematico, cognoscens omnes Lectores huic opinioni subscripturos.

Hic igitur (vt ingeniis maximis in more est) volens meum qualecumque experiri objiciebat id quod in fine negãtis partis sub breuitate expendebamus: Respondebam (quod nec ipsi, nec mihi sufficiens videbatur) intentum expurgatorii esse condemnare librum illum, siue à Trithemio conpositus fuerit, aut non. Sed hæc responsio non satisfacit, quia in legibus standum litteræ, in dubiis fauores ampliandos, legisque intentum sub lege non cadere, satis conmunibus pronuntiatis circumferunt legum Doctores. Præterea neque intentum legis cognoscebatur, quinimò ex illâ possemus satis probabiliter adserere dari duas Steganographias alteram verè conpositam à nostro Abbate; aliam adulterinam inpositiciamque, laudari illam, atque

Digitized by Google

que isthanc flammis condemnari: Nos autem hanc secundam non vidisse non subficit, quia plures libros, qui interdicuntur solùm post interdictionem cognoscimus, ante quam nec talia Authorum, atque librorum nomina audieramus: Cedendum igitur ponderi est dialectico, vel aliâ procedendum parte.

Dico igitur dari duas significantias in nominibus, aliam Politicam, & aliam Metaphysicam, hæc rigorem significandi, illa conmunem concernit adceptionis modum. Tales sunt vrbanitates conmunes, quarum vnâ subficiat ad alias demonstrandas, cum vides alium dicis, *Osculor manum vestram*, quam reuerà non oscularis, nec idcircò mentiris, quia illa verba non significant idem quod sonant, sed colore politico te illi addictissimum esse profiteris, vnde optimè à nostris Hispanis vrbanicum verbum *Cumplimiento* consuescit adpellari, hoc est *adimpleo mentem dum mentior*, quia ea quæ Metaphysicè mendacia essent, menti tamen vrbanico modo correspondent.

Hæc dicta sint, tum vt significatio vocum Politica à paucis aut nullis explicata meliùs cognoscatur, quod semper credidi expositione esse dignissimum, vt ex eâ leges, jura, concilia, & omnia politica instrumenta sine aliquo periculo intelligantur, & præcipuè in præsentiarum Steganographiæ (cujus causâ hæc omnia dicta sunt) interdictio.

His igitur sic explicitis adsero librum Expurgatorium Politicè, & non Metaphysicè intelligendum esse, ibique non adseri Trithemium non esse Authorem Steganographiæ sed curari de honore ipsius Abbatis, & sic Expurgatorii littera, quæ est *Steganographia, quæ falsò inponitur Trithemio Abbati &c.* ex sensu Politico ad Metaphysicũ, & Scholasticum deberet transduci (vt judico) hisce verbis. *Steganographia, ingenua methodus, quia à vulgo superstitiosa iudicatur, et sub tali notâ falsò inponitur Trithemio Abbati &c. damnatur*. cognitâque hac Politicâ significantiâ, vrbanicîque coloris modo nulla potest manere difficultas.

Rogas vtrum jam publicatâ Artis Steganographicæ ingenuitate vlteriùs possit ab Inquisitoribus damnari? respondeo, quod textum Trithemii sine commentariis, ob inconuenientia maxima quæ ab eo dependent, sub titulo hoc aut simili deberet æternùm interdici. *Steganographia, opus curiosum, & ab Authore pio conpositum dummodo non habeat in singulis capitibus illustrationes, & commentarios, quia in subtilitate excedit captum vulgi ad nostrum Tribunal adducatur*. Reliquùm cum explicationibus istis, aut similibus, adeò (vt reor) inconuenientia

Digitized by Google

uenientia remanent præoccupata, vt potiùs dignissimum promulgatione judicem, vtque ab omnibus curiositatis studiosis expendatur. Adcedit quod hodie multi sint qui malâ eum legunt conscientiâ, & nullo alio modo congruentiùs de ipsorum posset salute prouideri, quam Steganographiæ certissimam ingenuitatem publicando.

Hæc dixero regulas solius naturæ, rationesque philosophicas sequutus, sum enim in Prouintiis, vel prope in quibus nullum argumentum efficax ab authoritate, sicque ego in hac quæstione (quod olim Maximilianus Cæsar in octo aliis petierat a nostro Trithemio) talem me exhibere curaui, vt quantum fieri potuit, viam naturæ, atque rationis sequerer, propter eos qui minus Doctorum testimoniis, conceduntque credulitati.

SALOMONIS CLAVICVLA

A paucis visa, & à plurimis desiderata, vindicata ab omni superstitionis notâ, operâ & studio Ioannis de Caramuel Monachi Cistercienfis, & Theologiæ sacræ publici Professoris Lectoris.

VINDEX LECTORI.

Non est animus omnem Salomonis publicare Clauiculam, sed eam ipsius solùm partem, quæ explicandæ seras aperiat Steganographiæ, vt ex modo procedendi in principio Lectori sit ingenioso manifestum eius spiritus, & Steganographiæ esse ipsissimos, eâdemque vtrosque censurâ condemnandos esse. Cumque ex dicendis cõstet Steganographiam esse artem ingenuam, ab omnique superstitionis notâ liberam, Physicis & naturalibus principiis innitentem, dubitare non poterit (qui semel legerit has speculationes qualescumque) de ingenuitate hujus Clauiculæ, nihil enim ea est nisi quædam breuis Steganographię reseratio. Vale.

Digitized by Google

Difficile est jam nobis propter ignorantiarum Oceanos, in quibus hac temporis sumus submersi tempestate ligare spiritus characteribus, quod antiquioribus fuit commune Doctorîbus, atque Magistris Cabalisticis, quorum memoria, licet non acumen ingenii, perseuerat. Sed sigilla soluere, eorum innixis fundamento non erit inpossibile; Spiritusque sub characteribus semel inclusos vocales reddere, non arduum; ipsorumque articulationes intelligere non operosum, si cognoscamus singulos, & ipsis spiritus in eâdem legione ministrantes. Diuersi varios Ministros obtinent vt videbis breuiter in tabulis, in quibus veræ omnes conjurationes continentur, quæ ad solutionem ligaturæ immaterialis Salomoni fuerunt expertæ necessariæ.

Conjurationes.

Characteres vel sunt Hebræi vel cum Hebræis habent aliquam adfinitatem, & similitudinem, vel figurâ visibili, vel inuisibili significatione: sicque curiosus Cabalista, qui velit aliorum summis laboribus subcedere, & ex saxo durissimo exhaurire dulcedinem, spiritusque ab aliis summo temporis dispendio, mentisque fatigationibus inclusos sub characteribus extrahere, vt illos familiares atque vocales faciat, & tabellarios perfectissimos, contra ipsos efficaciter, & expedit è conjurationes dicat, & statim ipsi formâ, Romanâque super induti togâ comparebunt.

ALEPH.

Digitized by Google

אלף ALEPH.

I.

AidkalalVII cIicIVaIIdIcIek IciIIa IVclm Ieydeya ecyegyky bydycy aymyaIIm VeycIIca IVbIVcII acycyey IIeyby cfgeyae yae yeaby If, IIIce IIIf IIIb IIIa Ibacy Idy Imyfyfy I ac, VII, Ici IfhIIhec hgyd blycylfy IIIIgel.hy gbab, IV. hyaay yfylbya yca VII f IV hy Ihy dyfyyh, VII, byby, dya IV ba V bbb IIcl VII bfœec Veby hy, ikl.

II.

IVIaæœ hnyaęa ębobdy dęcbah gæ dya ęa aę byI VIaęlmin dygmdd afęmdbd ęm æch cykyfdee yabhice diynyab kcębn ymao fcypyo yebykbæegyhikkkpnyoxp.

בית BETH.

I.

ÆdVIbæbædędeXIIIddæaæaVIIeœeyeVIIaVeVaXXXIIIbbbVaVcæaæayaęęęcyæbæbbæacębXaVbœcIXcęcIXcyd.

II.

Æadæceæaęeyc, byay ayeb Va VIIbXIIdæ cyc œ cye yc æcyęęęę eœec VIII b VIaaæc VI. cęcęba ędybæa XIc VcVbędębę.

III.

IIdaæfybya IoVIaæbędæcy będVIccœ byayde.

גימל GIMEL.

I.

Pęcfcyd ddyca ęebbę eyeyeheya Ibeyb bya ęęa aycœ aVI hdæ hdddf hycyd yda ydy gęa ęd œdææcV hyeVaybfygh.

II.

DccVb dybyf cyaęa œa Vbœbę bbbyb yaæ aæb VIII fVIcyfycyb yaaędee fb ydad V bda yffefę eydædœd yeb XIII a VIIa Vaa Vd. Vacęebcy.

דלת DALETH.

I.

IIeXVIIIaVc VIII ecęfæeVIfdd VIII aœayd œabœe yafæaęaaœeæ œaædy bybę bydydy.

II.

Æayab VI aXIIbXaa ybęa ybæbya ybVb VIIbVIIIbaaXVII.

הא HE.

I.

XIdydVIaæaVbya ybœdcVIIbæaVIbayc æb œa XIbVbycæb VII-bœcycybb œccb ębcębVIII cyb VIIbæa VIaęayayc XIII.

II.

Digitized by Google

I I.

VIIIcbaę byb ębVayaœaVIIIbaœb.

ו VAV.

I.

XXayayb œęaVaybbXVIbVbXaXXIaaęaaaaXaæa

I I.

œœ ddya edXIVcybæa œbæbœ cIXayddVbVba bbæaędyd a IXccc.

ז ZAIN.

I.

IVcVbyb Vaa æcyayabybębIXcb œœ aXVaœaaXXXIIIbœbyb ææbœaybbXI bœbæa.

I I.

XbydVIaad Vdya aæcc XIIaVbœa

ח HETH.

I.

IIcgyef ęaęg æbyibœ hyab œæzi æac œifygæb cęce ycya ybyga, yie Vbębyi ędyb bbii VI fdbyd bgbyd yb dbb cæf cige ædygœcyebbæ hyd æc yc ęgyd ceaa Veęabc f fyh.

פ PHE.

I.

Vd æbybbffe œcœcdyb VII. b Xa IXdæcb ęeca ębbęc yaya Vb V cyaVc bębbcęaæbæbęc bybc VII bæbdcę dœ bæbydædæb yb œc ecbyc æedœc XVIIIeVIec Xb.

II.

Ideaæcyc œffęf yac ęcyfœd æafębVIb. XII. aęcębęa XII. cœcVIeyebye fef VIfędyeęf ęeVdc VIf VIeæcœc a

(ex fine Clauiculæ)

CArmine conpleto secundũ leges, & artis regulas hujus secretissimas quæsitam habebis solutionem, & spiritus qui erat priùs ligatus in charactere, jam post solutus, efficaciâ carminis incipiet obculta nulli mortalium cognita summâ cum veritate reserare. Tu igitur optimè carmen istud pronunties, & scientiam desideratam, dominiumque super spiritus, absolutamque potestatem adepisceris.

F I N I S.

Clauiculæ finem Salomæa respicis, vsus
Hucusque ignotos excipe Macte: dabo.
Sic Steganographiæ penetralia Mystica, sicque

Lustra-

Digitized by Google

Lustrabit tenebras Clauis ephœba radis.
Omnia lucescent, tristi caligine mersa
Quæ fuerant; nusquam lux vbi luxit, erit.
Cernere secretum mentis permittitur omni,
Namque aperit mentis Clauicul' ista seras.
I. K.

CLAVICVLÆ SALOMONIS

Germani, Ioannis Tritemii Abbatis Spanheimensis Commentarius.

Ex Ambrosii Hymno: Æterne rer. Χρόνικον Δίστιχον Διμετρ. Ιαμβ.

HOC eXCItatVs LVCIfer soLVIt poLVM CaLIgIne.

HAc claue Conjurationes aperiri spirituum ab aliquibus adseri audiui; cum autem hoc leuiter diceretur, eâdem ab aliis leuitate denegabantur. Alias aliorum claues vidi in Typographicis, & manuscriptis sed sine veritatis adparentia, siquidem, vel erant confictitiæ, vel si veræ (quod vix vsquam credidi verosimile) aliis clauium penitioribus, & nobilioribus egebant instrumentis; omnes simul conjunxi vt periculum facerem vtrum aliæ ab aliis dependerent, & fuissent omnes necessariæ, sed tandem sine fructu, variis tentatis modis, eadem semper obscuritas perseuerabat, Mysticologusque noster Abbas non transibat ad desideratum Latinismum. Animo sæpe induxi (id, quod pro tempore non mihi adparuit falsosimile) examinare ea, quæ ex apertione clauium resultabant, subsisterent ne in aliis linguis, siquidem tam perennem defectionem fecerant à Latiâ. Doctiores consulo, resultantias, apertionesque defero cupiens Germana esse, vel Cymbrica quæ Latina esse noluerant, sed talia non cognoscuntur esse, & sic doceor oleum & operam (vt dicunt) perdidisse.

Cœpto studio innitens majore conamine perseuéro, dissuadentibus multis, quibus sæpe volui subscribere, iterato labore alias vias ingredior, & nullibi alius fructus quam scire non illo modo sermo-

Digitized by Google

hem Mysticum aperiendum esse.

Audiebam aliquando, ab iis (quorum vel scientiâ adjutum, vel saltim conuersatione consolatum credebam, molestias dulciores efecturum) me arduâ petere, Oceanos nulli mortalium concessos nauigare, nusquamque iii hoc genere studii profecturum: omnes vt me ab hoc studio semouerent difficultatem commendabant.

Genium autem meum illud, quod difficultatibus nutritur, & semper Athenã egit difficilem, mihimetipsi adulabatur quod facilia contemnerem, & id aderem arduis, & difficillimis; ita quæ ab aliis ratio, vt me a Steganographiâ abstraheret, perhibebatur, mihi fuit Achilles persistentiæ.

Iam sciolus mihi videbar de Carminibus Mysticis, cognoscebam enim ea saltim per multas negationes, hoc est per nullum Abecedarium, neque litterarum reuolutionem, aut alias vias, quas docemur à Trithemio in Polygraphiâ declaranda. Has præter, quæ superstites erant, non erant infinitæ, & sic nec inpossibiles in praxi, tandém tandèm sperabam me ad Lectionem certissimam deuenire posse.

Re tamen diutius consideratâ aliis tentatis & reprobatis modis, conjecturâ quâdam ad propriam deductus sum operationem, quæ subsequitur.

Scribe conjurationem distinctis, & distantibus canonibus post sub eiusdem litteris scribe Clauem adnotando, quod litteræ Arithmeticæ quæ majori forma describuntur æquali litterarum Pythagoricarum numero æquipollent, ita V, est idem ac yyyyy, & X idem atque yyyyyyyyyy &c. vt conspicis in subsequentibus.

Pamersiel os hurmy del muson Thasloin peano cha-
a i d k a l a l i c i c a d c e k c i a
rustea melani liaminto colchan parois madinmoerlay
e l m e d e a e c c g k b d c a m a m e c
bulre atloor don melcoue peloin ibuthsylmeon mis-
c a b c a c c e c l b c b c f g e a c a e b f
breath alini driaco person cri solnai lemon asosle midar
l c e f b a b a c d m f f a c d c i
icoriel pean thalmon asophiel il netreon baniel ocri-
f h h e c h g d b l c l f l g e l h g b a b h a a f l

mos

Digitized by Google

mos estreuor nae lma bestona thulaomor fronian beldro
b a ca f h h d f h b b d a
drain bon otal mesgo merofas el natin bosra mothcur.
b a bbb d bf ec e b h ikl.

vbi videris loca, in quibus deberent esse litteras Pythagoricæ, vacua, majoris gratiâ claritatis

Post conjunge omnes litteræ quæ sunt super AA, post quæ super BB, &c. juxta ordinem Abecedarii, atque reperies hanc sententiam:

Principium secreti est in dictione determinatâ, vel A millesimâ, vel B decies millesimâ, vel C centesima, vel E vltima, & ab illa (dictione) inclusiue incipias notare ad centus, & per hos litteras.

Sequuntur in Clauiculâ Clauis penitior, & spirituum Ordines, quæ cum non conducant ad nostrum institutum, non fuit opus cum his commentariis explicasse.

veniamus igitur ad alia, quorum cognitio faciliorem disponet aditum ad ea omnia quæ sumus in posterioribus disputaturi.

Aliquarum vocum, ex quarum intelligentia Ingenuitatis Steganographicæ cognitio abpendet Explicatio.

SVnt aliqui talis ingenii homines, vt alicujus idiomatis scioli omnes alios carpant, qui non suo Lexico loquantur, sic ipsi nomina propria facultatum vituperant, quasi ineleganter barbara superflua judicantes omninò, quæ ipsis sunt inutilia, vtpote excellentioris intellectus partus, & ipsis non proportionati. Sic actum primum & secundum Physicorum, causalitates, relatibilitates, vnibilitates, & alia nomina, quibus potentiæ declarantur abhorrent adeo acutè philosophari non adsueti; irrident Metaphysicorum Ecceitatibus, igneitati, vitalitati, Deitati, albedineitati, vnitati; quia non nouerunt inter Petrum, ignem, vitam, Deum, albedinem, vnum, & ipsorum naturas dissidentias. Hoc igitur Bipedum stultissimum genus nolim ad istios libros deuenire, quia experientiâ ductus cognoui, ipsum nec litteram intellecturum esse, & si se

Digitized by Google

mel dicat, Trithemium Nicromanticum, errori potiùs isti fore adhesurum, quam iis, quæ pro ipsius, Artisque Steganographicæ ingenuitate faciundæ sunt, Demonstrationibus.

Sunt alii, qui ex motiuo satis verosimili nostrum Authorem condemnarunt, vel potiùs, vt solitæ pietati responderent, hoc opus id ab Authore aliàs sanctissimo, doctissimóque conpositum esse non credentes, quia cum viderent eum loqui linguâ in adsuetâ (quam ipse adpellat Mysticam libr. 2. cap. vltimo) in titulis ciphrarum Conjurationum nomina, singulis in capitibus de singulis spiritibus sub nomine proprio, & propriâ plagâ disputari, potuerunt pro tunc satis probabiliter credere librum esse superstitiosum, à quibus, vtpotè sapientibus spero (meliùs dixero expecto, non enim rem arduam, sed certissimam mihi promitto) Palinodiam cantaturos esse statim, ac videant, omnia illa esse purè naturalia, & tantummodo nominibus velata curiosis, non in significatione Tropologicâ positis, licet istud subficeret, sed in propriissimâ, licet non omnibus (qui curiositati, & institutionibus linguarum non student) subficienter cognitâ.

Eam intendo manifestè explicitam, nunc in genere, & posteà etiam in specie, & indiuiduo conmunem facere, sicque ne rem differam subpositas expositiones contemplator.

Spiritus quid?

Spiritus (qui Græcis dicitur πνεῦμα à verbo πνέω quod est *spiro*) varias apud Latinos & Græcos significantias habet, in quarum qualibet satis eleganter potest adcipi.

Primo igitur spiritus per Antonomasiam, & nominis excellentiam adcipitur pro Deo, qui est Spiritus à se, & infinitè inmaterialis, ita Ioan. 4. 21. Personaliter propriissime adcipitur pro tertiâ Personâ sanctissimæ atque indiuiduæ Trinitatis: ita conmuniter apud omnes Theologos & Patres. Aliquando contrahitur ad significandum Filium Rom. 1. 4. (1. Cor. 15. 45.) 1. Timoth. 3. 16. (1. Petr. 3. 18. Sed tunc potiùs sumitur in significatione essentiali immaterialitatis contractæ ad Filium, per proprietates notionales inibi explicatas, quam aliquam rationem personalem significet. Loci sanè dignissimi sunt examine vlteriore, sed ad meum intentum non in præsentiarum necessario. Videantur etiam Exod

Digitized by Google

15. 8. (2. Sam. 22. 16.) Iob. 4. 9. & 15. 30. (Pſ. 33. 6. Eſai. 30. 18.) in quibus etiam nomine ſpiritus Filium intelligimus, vel ſaltim effectus ab eo dimanantes.

II. Præterea hoc nomine increatè indigitatur ſumma ſapientia Dei Mal. 2. 15. vnde & creatè ſcientiæ hujus illimitate humanam participationem ſolet ſignificare, vnde aliquem ad Philoſophica verbi gratia excellentiſſimum ſpiritum habere dicimus, quando habet ingenium, peritiem, atque capacitatem.

III. Si pietatis detegamus arcana reperiemus ſpiritum pro bono ſtudio ſumi. Gal. 5. 8. Pro reuelatione 2. Theſſal. 2. 2. Pro vaticinante 1. Timoth. 4. 1.

IV. Phyſice ſubſtantialiter adcipitur pro Angelis, & ſic pro Nuntiis quia αγγέλος Græcis *Nuntius* interpretatur. Et in hoc ſenſu reperio excellentiſſima Sacræ Scripturæ teſtimonia vberiore digniſſima cothurno, ea ſunt Iob. 4. 5. (Act. 23. 9.) Hebr. 1. 14. (Iud. 9. 25.) 1. Sam. 16. 14. (1. Reg. 22. 21.) Matth. 8. 16. (Epheſ. 2. 2.) Apoc. 16. 13. & 18. 2. (Marc. 9. 17.) 1. Cor. 14. 29. (1. Theſ. 5. 21.) 1. Ioann. 4. 1. (Pſal. 32. 6.) Zach. 12. 1. (Matth. 27. 50.) vbi *Spiritus*. ſæpe pro bonis, pro Angelis etiam condemnatis adcipitur.

V. Humanè ſumitur pro anima rationali (Gen. 41 27.) Luc. 1. 47. (Ioann. 11. 33.) Actorum 17. 16. (1. Corinth. 11.) 2. Corinth. 7. 13. (1. Petr. 3. 4.) ſumitur etiam pro facultate vitali (Gen. 9. 17.) Pſal. 78. 39. & 104. 29. (Apoc. 12. 11. & 13. 15.) hac adceptione eſt vox communis apud Ciceronem præcipuè in libro de naturâ Deorum.

VI. Pro viſione mentali (Ezech. 37. 1.) Apoc. 1. 10. & 4. 2. & 21. 10. ſumitur.

VII. Denique inter Grammaticos, præcipuè Græcos, ſumitur iſta vox pro adſpiratione denſâ, vel leni, vt videre eſt in omnibus Grammaticis inſtitutionibus.

Trithemius noſter ſiquidem in præſentiarum non tractabat Theologica, nec potuit nec debuit ſumere iſthanc vocem *Spiritus* in diuinâ illa adceptione, quam numero primo, ſecundoque adnotauimus. Non tractabat de inmaterialibus Angelorum ſubſtantiis, nec de iis quæ ad ipſos pertinebāt, non naturæ rationalis Phyſicus examinabat proprietates, ſicque ab ea *Spiritus* adceptione, quæ numero 4. & 5. fuit explicita abſtinuit, cumq; rem Steganographicam tractaret (quæ vt ipſe definiuit in Epigraphâ) eſt Ars per obcultam ſcripturam animi ſui voluntatem abſentibus aperien-

Digitized by Google

di certa) debuit agere de spiritibus in eâ significatione in quâ ad Scripturam pertinebant, quia alias esset ineptum, & extra intenti limites errasse. Cumque nullus audebit vspiam inficiare, neque aliquâ notâ inurere Græcos, quando dicunt quod in suâ habeant linguâ duos Spiritus, videlicet densum & lenem, nec Latinos solummodo densum cognoscentes, sic nec nostrum Tritheminum, qui per spiritus tantummodo scribens, spiritibus secretum commendabat, quia si in hac sint arte litteræ tantum spiritus', quid aliud erit spiritibus, quam litteris mentis arcana commendasse.

His igitur vt credo demõstrata manet artis ingenuitas, quã sæpe ipse Author jurando corroborauit jure, & cognita manifestat significatio isthujus vocis *spiritus*, quæ in tot sententias torquebat moderniores. Ad spiritus Steganographicas diuisiones veniamus.

Primò sumitur spiritus habitualiter pro ipso habitu scribendi per spiritus, & actualiter, pro ipsa scriptura, sic dicit, quod habet spiritum aliquis in se, hoc est hunc habitum scribendi per spirituum notulas, sæpius repetit spiritus euolare, & venire ad amicum, quia venit scriptura quæ plena est spiritibus, vel adspitationibus, & in hac adceptione (saltim ex parte) locutum etiam sæpe D. Paulum jam numero 3. declarauimus.

Sumitur præterea spiritus pro charactere & vt sic est duplex proprius & substitutus, spiritus proprius est, qui verè est adspiratio, pingiturque à Græcis sic '; substitutus est qui alias dicitur adcentus, qui licet reuera non sit adspiratio in Steganographiâ adspirationis locum habet & eodem modo seruit pro litteris ac adspiratio seu spiritus, & hoc sane in Græcâ linguâ, semper in Latinâ, in qua vix posset locutio per adspirationem eformari.

Minutiæ Spirituum, Relquiæque Spirituum, quæ?

Vocamus spirituum minutias adspirationem, atque adcentuum notulas, vtpote minutissimas, ideoque serere minutias has, illas spargere, illas depingi, sigillare, est hac arte scribere; easdem autem colligere, soluere, adcipere, est has arte legere, semper lepido modo significandi.

Con-

Digitized by Google

Conjuratio, quid sit?

Multi in expositione isthujus Nominis, miserè, & plus quam miserè errauerunt Conjurationes solum contra dæmonas fieri adseuerantes. Verum licet hoc admisso nihil poterat contra Trithemium sequi, qui potuisset acutè ingeniosus ludere æquiuoco *spiritus* nomine, & sic vocasse Conjurationes metaphoricè, quas regulas nominasset, nam sicut satis curiosè de nauc Tauro transportante Europen, & Legione Iouis Aquilâ, Ganymedem furante veteres locuti sunt ac si reuera essent tales animantes, quarum præferebant nomen, vt videre est in omnibus eorum scriptis, quæ cognitâ metaphorâ sunt veracissima, vt luculenter expendit Lactantius Firmianus & alii: sic non minore leporis acumine potuisset noster Author de notis illis grammaticis, quæ habebant nomen spirituum, ludens vocabulo, egisse sub Metaphorâ, & de ipsis ac si veri essent spiritus loquutum esse, & sic docuisse per Conjurationes gubernandos.

Verum si rem altiùs speculemur, videbimus, non esse necessarium ad sensus recurrisse Tropicos, quando in sensu vero & proprio etiam (& forsan meliùs) possit Trithemius explicari: est ergo *Coniurare* simul jurare, vt per se patet, Regulæ debent esse non solum ab epistolam mittente juratæ, sed etiam à recipiente, & sic vterque in easdem regulas debet conjurare (quia si aliàs mittens operaretur per vnas regulas, & recipiens per alteras, nusquam intelligerentur) Tunc sic: conjurare debent ambo in regulas illas, verè ergo Conjurationes nominantur, in quas vterque conjurauit.

Spiritus ligare in characteribus; ab ipsisque solui, quid?

Quælibet adcentuum, ac spirituum dispositio (licet sint multæ) habet suum diuersum characterem, qui est sigillum in quo ligantur omnes spiritns, quia significat modum legendi, & eo perdito, quomodo debeant legi absoluique illi adcentus ignorari necessarium est: ideoque ligatio spirituum ad aliquem characterem, erit scribere, ipsosque pingere ad exigentiam characteris; illosque absoluere, erit illos secundum eumdem characterem legere & explicare.

Spiri-

Digitized by Google

Spiritus adparere formâ visibi, fieri vocales, loqui, & similes modi dicendi, quid?

Spiritus, qui antea erant inintelligibiles arte Steganographicâ redduntur legibiles, ergo qui erant inuisibiles adparent in visibili formâ, ergo si possunt jam legi fiunt vocales, ergo & loquuntur; quia libros loqui, dicereque hoc vel illud satis conmuni phrasi circumfertur.

De Spiritibus Plagarum Orbis.

Sæpe jubet Trithemius conuerti Lectorem ad Orientem, aliàs ad Occidentem, vel aliam Mundi plagam vt legat, quomodo ergo, dicet quispiam, saluari poterit, à superstitionibus liberari, maximè cum isthæ circumstantiæ non habeant eficientiam naturalem, quâ quis habilior reddatur vt secreta, arcánaque cognoscat? Hanc rationem tanqnam demonstratiuam sæpe aliqui amici contra me reddebant connantem viribus & posse authorem hunc defendere, & quem rationibus pro tunc non subsiciebam a notâ eximere, curabam pietate ductus, licet sæpe frustra, liberare. Non omnia breui disputationis stilo possunt conprehendi. Inde prolixiores operationes (& sic omnes, quia vix vlla sine difficultate potest fieri) reseruaui scripturus in aptius tempus. Nunc ergo euidenter constare velim has ad Mundi diuersas plagas conuersiones non superstitiosas sed naturales, eas esseque tantummodo litterarum conmutationem, quam Hebræi Cabalæi תמורה *Thamuram*, & Picus Mirandulanus voce Latinâ *Alphabeticam reuolutionem* nominauit, quod vt fiat Alphabetum subpositum consideremus,

DE-

Digitized by Google

DIRECTI
ALPHABETI CONMVTATIONES
STEGANOGRAPHICÆ.

Legãr la mea Cabala tomo 1. Magiade prissuda.



Digitized by Google

Priùs est character, & characteri adcidit significatio hac de causâ litterarum interior circulus characteres habet, & valorem potestatemque exterior. Sit igitur hæc Scriptura *Nfgiunsq oscprsq* legenda ad subsolanum: pone igitur fiduciam in Subsolani medio & litteratim procedens quære dictas litteras in circulo interiore & lege extra valorem exterioris & reperies quod *n* sit *P.* & *f* sit *h*, & *g* sit *i* &c. & quod illa inscriptio sit *Philippus Quartus* qui nobis fœliciter viuit, & viuat. Et istæ sunt conuersiones ad mundi plagas, quas Lector debet obseruare in hac arte, quas nisi fideliter seruauerit reus erit confusionis, & ignorantiæ sempiternæ.

Lingua Mystica, quæ?

Ex iis iam patet linguam Mysticam, non eam esse quâ in suis conjuriis, vtuntur Mantici, vt multi contra Trithemium, contra pietatem, & contra veritatem adseruerunt, sed eam esse quæ per se actualiter nihil significat, habet tamen significantiam radicalem, quæ si informetur, actueturque ab Austro vel ab alio vento vocalis fiat, & significatiua. Licet aliquod exemplum jam posuimus, & plures posituri sumus, non possumus non ponere quodpiam in præsenti majoris explicationis gratiâ.

œuifsfb ftu r vbsu vt opu vt t vqfs btusb Gjmjqq vt

Est in linguâ Mysticâ, quia licet in se est inexplicabile actu, & nihil actualiter significet, nihilominus habet materiam sigillatam ad formam mediam inter Orientem & Vulturnum, ita vt si pro B legas A reperies hoc carmen,

Ætherea est quartus notus super Astra Philippus.

Et idem est dicendum de omnibus Conjurationibus, quia ex omnes aliquo modo (de quo jã suo loco) sunt legibiles, & ideò significant Mysticè, hoc est radicaliter, quod vt facilius credas omnium Conjurationum, quæ in hoc reperiuntur libro, explicationes, vnà cum Clauibus per quas legi debent, hic simul subjectas contemplare.

Omnium Conjurationum (hoc est Regularum) quæ in hoc Libro continentur ex linguâ Mysticâ ad Latinam purissima translatio.

Si

Digitized by Google

Si Mysterium (sic textum Regularum nomino , eo quod lingua sit Mysticâ conscriptum) aperias per clauem sibi correspondentem, postque ipsius initium adnotatam, littera mortua reuiuiscet, vocalisque facta, in Latino idiomate clarè distinctèque loquetur subsequuta.

CAP. I.

Mysterium Pamersiel &c *Clauis* &c. Aleph. I.

Principium secreti est in dictione determinata, vel A millesimâ, vel B decies-millesimâ, vel C centesimâ, vel E vltimâ & ab illâ (dictione) inclusiuè incipias notarę adcentus, & per hos litteras.

Myster. Lamarton. &c. *Clauis*, Aleph. II.

Tu (quicumque recipis epistolam Steganographicam) nota (ex characteribus) primam dictionem (& sic ex eâ lege.) post nota(quæ legeris (& scribe secundum characterem Ministri, & (posteà) directè lege versus Principem.

CAPVT 2.

Mysterium Padiel. *Clauis* Beth. I.

Cum Spiritus scribas incipe à fine epistolæ recurrendo (& in aliis omnibus fac secundum doctrinam traditam in capite antecedenti , quia hæc operatio à priore tantum in eo distinguitur , quod à calce incipiat, quæ Pamersiel initiabat à capite.

Mysterium Padiel ariel. *Clauis* Beth. II.

Initium secreti, & inde spirituum (hoc est accentuum) recurre habenas.

Mysterium. Padiel Melion. *Clauis* Beth. III.

Initium (secreti) sit in midietate (numeri in proprio loco determinati)

CAPVT 3.

Mysterium Camuel aperoys. *Clauis* Gimel I.

Scribe sex (dictiones) in singulis (canonibus) & per priorem columnam(incipiendo)adscendat spiritus (vsque ad finem. Post transcribe consecutiuè, vt confundatur artificium.)

Mysterium Camuel Busarcha. *Clauis* Gimel II.

Noto charactere (Chamuelis) transcribe epistolam cum spiritibus modo Cabalistico (quære initium secreti ex arte) & lege (litteras conuersus (ad Eurum (& statim quæsita intelligentia erit visibilis.

Digitized by Google

CAPVT 4.

Mysterium Aseliel aproisi. *Clauis* Daleth. I.
(Omnia fac) vt anteà, sed a calce dextro (exordium sumas, & sic superuectus ab Aseliele supersum) euolabis.

Mysterium Aseliel murnea. *Clauis* Daleth. II.
Lectio (est) a calce dextro (& non patet aditus ad secretum ab aliâ parte. Lege, tenebis.)

CAPVT 5.

Mysterium. Barmiel buras. *Clauis* He I.
(Hæc est operatio katabasica) descendens per primas (dictiones canonum, qui) non est opus habeant sex (dictiones sed quomodocumque sint scripti; vt non sit necessarium transcribere.)

Mysterium Barmiel any *Clauis* He II.
Quære Pylóron (is indigitabit nominis numero Pylam; ab hac exordium sume, & intelliges)

CAPVT 6.

Mysterium Gediel Asiel. *Clauis* Vau I.
Per vltimas (dictiones canonum) descende. (& posteà per penultimas, & post per antepenultimas &c. & minutias spirituum adpinge suis in locis).

Mysterium Gediel aprois. *Clauis* Vau II.
(Collige deor sum à Pylà) spiritus (particulas, & illas) adduc ad Austro aphricum.

CAPVT 7.

Mysterium Asiriel aphorsi. *Clauis* Zain. I.
Directè à principio (quære pylam, ab ipsâque incipe spiritare tuum secretum secundum influxum) spiritus (Aserielis, qui moratur) in Aphrico.

Mysterium Asiriel Onear &c. *Clauis* Zain II.
(Quære Pylam & ab ea progredere extrahens minutias) versus Aphricum.

CAPVT 8.

Mysterium Maseriel bulan. *Clauis* Heth I.
(Hæc sicut & subsequentes omnes, quæ in hoc libro tradendæ sunt operationes) tantummodo in Alphabeto differt à præcedenti, & ideo sicut antea vsus fuisti Alphabeto Aphrico, ita & in hac) vteris Fauonzo, & in sequentibus suis propriis, & ideo conjurationes sequentes

Digitized by Google

res erunt sine claue (quia sunt inexplicabiles, & solùm ornatus causâ positæ).

Licet dicit futuras esse coniurationes reliquas solùm ornatus gratiâ, reperimus clauem Phe, quâ XVII. Caput possit aperiri.

CAP. 17.

Mysterium Camesiel aphroys. *Clauis* Phe. I.
Sume vocales quinque & pro prioribus quinq: litteris easdem acue, graua pro aliis, & circumflecte pro aliis, & punge pro aliis (subcessiuè distribue per sequentia capita.

Mysterium Camesiel aproisi. *Clauis* Phe II.
In singulis (capitibus vsque ad finem libri) potestas (litterarum) transit vnum characterem.) & hoc est, quod significant conjurationes ibi positæ, & ex hac doctrinâ, sine aliâ claue manent reseratæ.

LECTORI.

Principiis istis instructus Candide Lector,
Océanos intres ad Steganographicos.
Inuenies pelagi innumeras Nauclerus & vndas,
Nauita quas alter nullus adiuit aquas.
Naufragium timuisse nequis. splendore recludit
Hic Steganographicus spiritus ipse vias.
Influxus cujus si versat lintea, Pinus
Optatas oras prospera deueniet.

De epistolis huic libro adfixis, obscuriores regulas explicandi gratiâ OGDOASTICHON.

Non sequor eximii titulos splendoris; honoris
Illustris semper non sequor ipse gradus.
Forsitan illustris sibi missum perleget isthic,
Post missum Bruto, Cæsar epistolium.
Nouerit; adfectus calamum non ordinat, illud
Siccine disponi vi Steganographicâ.
Distribuatne aliter; tenebrisque jacere videbit,
Vt sibi, nec Bruto littera conueniat.

Digitized by Google

IOANNIS TRITHEMII

PROLOGVS.

(1) ANtiquissimos Sapientes, quos Graeco sermone Philosophos appellamus; si qua vel naturae, vel artis reperissent arcana, ne in prauorum hominum notitiam deuenirent, variis occultasse modis atque figuris, eruditissimorum opinio est. (2) Moysen quoq; Israeliticae gentis famosissimum Ducem in descriptione creationis Caeli & Terrae ineffabilia mysteriorum arcana verbis operuisse simplicibus, doctiores quiquè Iudaeorum confirmant. (3) Diuus etiam & inter nostros eruditissimus Hieronymus tot pene in Apocalypsi Ioannis mysteria latere affirmat, quot verba. Graecorum sapientes non paruae apud suos aestimationis praetereo: nostrosque & Philosophos & Poëtas doctissimos intermitto, (4) qui fabulis conscribendis operam nauantes, aliud imperitis, atq; aliud eruditis hominibus vnius narrationis serie sagaci adinuentione tradiderunt. Hos ego sapientiae studiosissimos amatores etsi propter ingenii tarditatem perfecte imitari nequeo: admirari tamen, & qua possum sedulitate legerè non obmitto. Quia cum illos magna prae caeteris hominibus proprio studio excogitasse considero, meipsum quadam violètia confricans, vt incalescam, ad aliqualem vel cum nouissimis imitationem praecedètium impello. Nec me pemtus, vt reor fefellit opinio; quippe qui & multa, quae prius nesciueram, per continuum legendi studium didici: & cogitationibus meis ad inuestigandum secretiora & prorsus arcana caeteris aditum reserauì. Nam etsi non sum tantae vel eruditionis vel industriae, vt me

illum

Digitized by Google

illum antiquorum sapientum mysteria obcultum modum apprehendisse ex omni parte autim profiteri: modos autem quosdam & multos & varios, non penitus (vt mihi videtur) cõtemnendos reperi, quibus mentis meæ secretissimam intentionem alteri hanc artem scienti, quam latissime voluero, secure & absque illusione, suspicione, vel deprehensione cuiuscumque per apertos vel nuntios vel literas possum intimare. (5) Et huius secretissimæ artis adinuentionem nouam ad instantiam Serenissimi Principis, Dom. Philippi, Comitis Palatini Rheni, Ducisq; Bauariæ, ac Sacri Romani Imperij Principis Electoris semper inuictissimi, Philosophorum omnium sapientissimi Mecœnatis, quo nullus mihi dignior visus est, cui hoc magnũ secretum reueletur, litteris commendaui, & non sine maximis laboribus in subiectum volumen comportaui. Ne autem hoc magnum secretum in aures vulgarium imperitorum aut prauorum hominum perueniat; officii mei rationem existimaui non vltimam, ita illud, quoniam mysteria docet intelligere nescientem, mysterijs obuoluere, vt nemo futurus sit ex imperitorum numero, nemo nisi studiosissimus, qui huius scientiæ arcanum sua possit virtute perfectè & ad intentionem nostram penetrare ad plenum, nisi per receptionem à docẽte, quam Hebræi קבלה Cabalam, (6) mysterijs præpositam occultissimis, appellant. Nec minus Reipub. noceret huius secretissimæ artis in improbos & reprobos diuulgata notitia, quam prodesset in bonos. (7) Quoniam quidem sicut boni & virtutum studiosi homines omnibus adinuentis vtuntur ad bonũ & communem vtilitatem: ita mali & reprobi non modo ex malis, verum & ex bonis atque sanctissimis institutis occasiones sibi venantur quibus deteriores fiant. Simile huic nostro secretissimo & alioquin

Digitized by Google

oquin vtili Reipubl. atque honestissimo adinuento contingere potest; vt sicut bonis & sanctissimis hominibus instrumentũ se præbet ad optima, ita peruersis & impijs ministerium exhibeat ad scelerata. Nam sicut bonus & honestatis amator, voluntatis suæ secretum, pro bono priuato vel communi, alterẽ hanc artem scienti, quando & quotiens voluerit, secure, secrete, & absque aliqua suspicione cuiuscunque mortalis, perfecte, copiose & integerrime per patentes omnibus, apertas vel clausas litteras (ita vt nemo, quantumlibet eruditus, aut curiosus, quicquam valeat suspicari de secreto mittentis; nec, etiam si suspicetur, deprehendere) omni tempore notificare potest, & ad quamlibet distantiam locorum intimare & exprimere: ita & peruersus quisque lubricus, aut malitiosus, etiam latini sermonis penitus antea ignarus, mox vt hanc artẽ consequutus fuerit (8) quam me docente in biduo ad longissimum consequi poterit) iam deinceps latino sermone, compositione cõgrua literas scribet qualibet narratione apertas, pulchras & satis ornatas, ad me vel ad alium in hac arte peritum, quibus voluntatis suæ arcanum mihi soli peruium tantis mysteriis virtute Cabalistica obuoluet, vt à nemine penitus, quantumcumque studioso vel erudito, sine huius artis de quibus sum dicturus, spiritibus valeat penetrari. Scriberet iam deinceps doctus & indoctus, vir & mulier, puer & senex, bonus & malus, pudicus & lasciuus, latino vel quocumque sermone sibi noto, per omnia climata mundi litteras Latinas, Græcas aut barbaras omni suspicione carentes, quibus aliud nescientibus artem exhiberet in patulo, atque aliud scientibus in occulto. Nec tuto inter coniugatos fides cõtracta sacramento, hac scientia publicata in reprobos, iam deinceps maneret: dum vxor,

Digitized by Google licet

licet Latini sermonis hactenus inscia, per verba pudica, honesta atq; sanctissima cujuslibet linguæ vel idiomatis iam satis docta, malam & impudicam amatoris adulteri seu fornicatoris mentem & intentionem, licet viro perferente litteras ac collaudante, vt optimas, latissime intelligere suumque desiderium eodem modo, quam late & copiose voluerit, illi securissime eisdem vel aliis litteris pulchra & satis admodũ ornata serie posset remandare. Enimuero licet hæc scientia in se sit optima, & Reipub. satis vtilis; tamen si ad prauorum notitiã peruenirent, quod Deus prohibeat, totus Reipub. ordo per successum temporis non modicè posset turbari: fidesq; periclitari publica, litteræ omnes, instrumenta, conscriptiones, ipsi deniq; hominum sermones in grauissimam suspicionem verti: nemo iã litteris, quantumlibet sanctis & honestis, absque pauore crederet, sed fidem epistolis rarus adhiberet. Quoniam quantũque honesta & pudica verba fuerint: semper dolus, fraus, deceptio, subesse putaretur; fierentque homines ad omnia pauidi, & non minus in amicos, quam in aduersarios vt plurimũ suspiciosi. (9) Nec fieri quisquam, etiamsi mille vixerint annis, tam doctus & expertus in hac scientia cum suo doctore poterit, vt non relinquantur infiniti modi, secrete, occultissime & securissime in hac ipsa arte scribendi, & pro voluntate cujuslibet alicuius experti operandi ad omnia sufficientes, quos ipse cum suo præceptore nondum apprehendit. Nam quemadmodum (10) aerii spiritus boni & mali a Summo Deo creati in ministerium & profectum nostrum (per quorum intelligentiã omnia istius artis secreta reuelantur) sunt nobis sine numero infiniti & penitus incomprehensibiles: ita nec huius artis nostræ, (11) quam Steganographiam (secreta & arcana & my-

 steria,

Digitized by Google

sterìa nulli mortalium quantumcumque studioso vel erudito, patula continentem perfecte) appellamus, omnes modi, viæ, differentiæ, qualitates & operationes in æternum poterunt ad plenum fieri penetrabiles. (12) *est enim hæc scientia chaos infinitæ altitudinis, quod nemo perfecte comprehendere potest: quia quantumlibet in hac arte doctus & expertus fueris; semper tamen minus apprehēdisti, quam illud est, quod nescis. Habet enim hæc profunda secretissimaq; ars eam proprietatem, vt discipulum magistro facile reddat incomparabiliter, vt ita dixerim, doctiorem: modo sit à natura ad procedendum dispositus, & in his, quæ in traditione Cabalistica percepit, studiosus. Et ne quis, huius operis lector futurus, cum in processu sæpe offenderit nomina, officia, ordines differentias, proprietates, orationes, & qtaslibet alias operationes spirituum, per quorum intelligentias hæc secreta huius scientiæ omnia clauduntur & aperiuntur; me Necromanticum & Magum, vel cum dæmonibus pactum contraxisse, vel qualibet alia superstitione vsum, vel vtentem credat vel existimet: necessariū duxi & opportunum, famam & nomen meum à tanta labe, iniuria, culpa, & macula solenni protestatione in Prologo cum veritate vendicando præseruare.* (13) Dico ergo & coram Omnipotenti Deo, quem nihil penitus latere potest, & coram Iesu Christo vnigenito filio eius, qui judicaturus est viuos & mortuos, in veritte dico, iuro & protestor: Omnia & singula, quæ in hoc opere dixi, vel dicturus sum, omnesque huius scientiæ vel artis proprietates, modi, figuræ, operationes, traditiones, receptiones, formationes, adinuēciones, institutiones, mutationes, alterationes, & vniuersa, quæ ad eius speculationem, inuentionem, consecutionem, operationem et practicam, vel in parte vel in toto pertinent, et omnia quæ in hoc nostro volumine continentur, veris, Catholicis et naturalibus principijs innituntur, fiuntque omnia et singula cum Deo, cum bona cōscientia, sine iniuria Christianæ fidei, cum integritate Ecclesiasticæ tradi-

Protestatio seu iusiurādum Authoris de artis huius ingenuitate &c

Digitized by Google

traditionis, sine superstitione quacunque, sine idololatria, sine omni pacto malignorum spirituum explicito vel implicito; sine suffumigatione, adoratione, veneratione, cultu, sacrificio, oblatione dæmonũ, & sine omni culpa vel peccatõ tam veniali quam mortali: fiuntque omnia & singula cum veritate, rectitudine, sinceritate & puritate. Vt huius adinuentionis scientia, & practica ad bonum vsum, non dedeceat virum sapientem, Christianum bonum atque fidelem. Nam & ego Christianus sum, & Monasticæ conuersationi voluntarie addictus: cupioque non aliter viuere & conuersari, quam verum deceat Christianum & Monahum sub regula Diui Patris Benedicti professum: ipsamque fidem Catholicam secundum traditionem S. Romanæ Ecclesiæ suscepi à cunabulis, baptizatus in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, quam cum ipsa & vniuersali Christianorum Ecclesia teneo, credo & quam diu vixero, cum Dei auxilio semper inuiolatam firmiter seruans, corde, ore & opere tenebo, nec vnquã ab ipsa deuiare quacunque occasione intendo. Procul ergo sit a me, aut discere aut docere aliquid, quod sit christianæ fidei & puritati contrarium, sanctis moribus noxium, aut regulari proposito quomodolibet aduersum. Deum timeo, & in eius cultum iuraui, à quo nec viuus, nec (vt confido, mortuus separabor. *Hanc protestationem meam* (14) *non sine causa toti huic operi nostro præposui, propterea quod nouerim plures esse futuros: qui cum ea quæ scripsimus, intelligere nequeant, ad iniurias conuersi, bona & sancta studia nostra malis artibus aut superstitiosis adinuentionibus sint concessuri. His, cum futuri sint, & omnibus quicunque hæc nostra synthemata sunt lecturi, attente supplicamus, vt si hanc secretam traditionem nostram intellexerint, perpetuo seruent occultam, nec mysteria tam miranda transfundat in publicum. Si vero non intellexerint (quod multis scimus futurum) discant prius, quam reprehendant. Enimuero temerarium se iudicem ostendit, qui priusquam causæ veritatem agnouerit, profert de ea sententiam. Discite prius hanc artem, & postea iudicate: quam si nequiueritis intelligere, non ipsam (quia bona est) sed obtusa ingenia vestra re-*

Digitized by Google

probate. Scio enim & certus sum, neminem sanæ mentis hoc opus nostrum posse reprehendere: nisi ipsum contingat penitus ignorare. Eos autem, quibus familiarius est sapientiam spernere, quam didicisse, nec opto nec vellem hec mystica nostra penetrare.

Ioannis Carâmuelii Conmentarius.

(*1. Antiquissimos*) Hujus adserti veritas dilucidè constat illuminata tot tenebris graphicis (sic libros nominem, qui cyphris, atque symbolis fuerunt exarati) tot veterum Philosophorum, quorum nomina breuitati studens præteriit noster Abbas, & nos eius vestigia sequentes, etiam deberemus eos innominatos supersedere; reliquum vt curiosioribus satisfaciamus, & conmentatoris obficio, qui obscura debet dilucidare necessarium fuit non omnes Authores Ciphrographos citare vt breuitati, non omnes obmittere, vt claritati doctrinæ satisfacerem. In Ciphrogaphiâ igitur libri præcipui sunt Beresith Geraldi, Laurentii majoris Metaphysica, Chymica Crulii, Aurora Ephœbii, Miracula Ionsanii, & laudes auratæ Polydori, aliique plures conmuniores meis cedentes laboribus, & ante nullis.

(*2. Moysen*) Arcana Moysaica qui credere noluerit esse pene infinita legat meam Cabalam, in quâ ea per tomos XX. totidem aut pluribus elaboratos annis prosequor, et cum satis abunde inibi omnia, quæ pertinent ad obcultam scripturam explicemus, non est cur in præsentiarum in eius expositione detineamur.

(*3. Diuus*) In eâdem etiam Hieronymi sententiâ video doctissimos alios, atque sapientissimos viros, quos breuitatis causa supersedeo: non enim est opus certissima in præsentiarum (quando obscurissimis illuminandis incumbimus) lineare.

(4. *Qui fabulis*) Fabulas non esse Poëtarum mendacia, sed veritatum colores, adumbrationesque curiosissimas vniuersi nouerint, qui vel Æsopum legerint, vel alios virtutis magistros, qui vt suauius sua doctrina mentibus studiosis posset inprimi, fabularum vsi sunt artificio, et vt omnes nouerint cum maximâ vtilitate. Fabulatores defendit et laudat Lactantius Firmianus de relig. et alii.

(*5. Et huius*) Nec incognitum esse velim, quem tot encomiis noster Trithemius celebrat Comitem Palatinum, quia cum venere-

mur

Digitized by Google

mur Abbatem nostrum, necessarium est vt vrbanitate ipsâmet ducti, ipsius amicos, et præcipuè si alias dignissimi isthi sint, maximi faciamus. Fuit igitur Philippus si bona fortunæ conspiciamus Bauariæ Dux maximus, Palatinatus Rheni Comes, Sacri Romani (vel potius Germani) Imperii Elector æquissimus: si virtutes speculeris vir verè Philosophicus, litterarii ludi studiosissimus, erudi:ionis eo tempore Pater, et (vt Trithemius loquitur) omnium Philosophorum Mecænas sapientissimus.

(6. *Cabalam*) Vbique Trithemius omnem hanc Steganographicam scientiam ex Cabalæ fontibus hausisse gloriatur, fuit enim ipsi, et Rabbinicorum voluminum copia, et inclinatio maxima, vt obculta sub litteris inuestigaret. Lege librum meum cui epigraphe קבלה inibique hujus obcultissimè Hebrææ scientiæ methodum, et diffinitionem additis Latinis et Græcis imitationibus inuenies.

(7. *Quoniam*) Certissima omnis isthæc doctrina est, quia sicut boni ex pessimis vtilitatem extrahunt, sic è contrario scelerati optima in vltimam pernitiem ducunt.

(8. *Quam me docente*) Hinc constat hujus artis facilitas si habeamus præceptorem, et sine eo quam difficilis sit; ne inpossibilem dicam, omnibus constat, qui hucusque sine fructu in eiusdem intelligentiâ desudarunt. Nihilominus tandem tandem adsequuti erunt quicumque me ducem sequi voluerint, et meas lucubrationes in vtilitates proprias reuocare.

(9. *Nec fieri poterit*) Omnes obcultissimè scribendi modos recensere infinita materia est, et sic nostor Author num. 12. hanc diffiniuit scientiam sic. *Est chaos infinita altitudinis, quam nemo perfectè comprehendere potest, quia quantumlibet in hac parte doctus & expertus fueris, semper tamen minus adprehendisti quam illud quod nescis*. Infinitè altam scientiam dixit, & euidenter conmonstrauit, quia Infinitum (vt conmunis Peripatetica doctrina fert) illud est cujus adcipienti semper aliquid est extrà.

(10. *Aerii spiritus*) De significatione hujus vocis *Spiritus* varia Latinorum sententia est, dissidium inter Authores frequens, ante nomina singularia spirituum Lectori dirimendum, vt quando ipsorum Nomenclaturas audiuerit, nouerit quale debeat iudicium efformare, & si operari velit quomodo possit conceptus suos mentales Steganographicôs manifestare, Legat me in hujus libri præludiis, vbi breui curiositate *Spiritus* significationes expendo, & in

Digitized by Google

quâ intelligendus veniat noster Trithemius monstro.

(11. *Quam Steganographiam*) Στεγανογραφία nomen est conpositum ex nomine στέγη aliquando στεγάνη *tectum obcultum secretum*, & γραφία *scriptura* vnde conjunctim Steganographia (vel breuiùs Stegographia) est scribendi methodus secreta, arcana, obcultaque, nulli mortalium quantumcumque studioso vel erudito patula.

(12. *Est enim*) videar numero 9.

(13. *Dico igitur*) vt eos, qui hanc artem percallere non possint, beneuolos ac adfectos judices adquirat noster Trithemius ab omni se purgare superstitionis subspectione nititur protestatione hac, jurans ingenuitatem huius scientiæ, & ipsius Authoris intentionem purissimam vt in textu cognoscitur.

(14. *Non sine causâ*) Subjunxit se non sine causâ hanc protestationem de ingenuitate facultatis Steganographicæ operi præposuisse; causa motiua fuit maxima, imo & vrgentissima, præscientia illa quâ cognouit plures futuros esse viros, cum ea quæ scripserat non subsicerent penetrare, injurios; & ipsius laudabiles vigilias, superstitionis damnaturos (vt ipse expertus fuit adhuc viuens, & nos hodie experimur) fuit certissima. Non sine causâ, Trithemi mi, protestationem tuam operi hui c præponis obcultissimo, sed sine effectu, sine fructu, sine vtilitate; eò enim deuenit inperitorum hominum audacia, vt qui ante protestationem te Necromanticum & Magum fuisse dicerent, pactus alicujus expressi, vel saltím impliciti miseriis irretitum, superstitionibus scaturientem crederent; post protestationem priori opinioni innixi, te præterea non solum Graphomanticum, sed & perjurum, & omninò à Deo alienissimum esse asseuerant. Potuisses equidem aliter ipsissima scripsisse, & quas Conjurationes dixeras vocare Regulas, quos Spiritus adcentus, & sic nulla superstitionis suspicio remaneret, quæ tuum nomen aliàs illustre odiosum redderet; & tui ordinis mihi & tibi saltím in substantia, specieque communis authoritatem, tot Martyribus, tot Confessoribus, & tot virginibus per annos tot, summo cum labore, summâ cum laude adquisitam maximâ ex parte diminueres. Vt igitur hoc esse verum cognoscas inimicorum meminisse oportet, qui contra te etiam viuentem acerrimam sententiam, & injuriosissimam opinionem seminarunt, memento Apologiæ quam satis curiosè scripsisti contra Bouillum, qui te teste (in epistola tuâ, quam publicauit Adolphus à Glauburg in Polygraphico) vidit & obi-

Digitized by Google

obiter legit, mente aliunde obcupatus, se adinuentum mirati dixit, laudauit, nec quo intelligeretur modo, curauit, & reuersus in Galliam malum tibi pro bono reddidit, & Christianæ fœdus amicitiæ turpiter violauit, interrogatus à Domino Germano de Ganay conmunem amicum, & postea Episcopum Aurelianensem, quod apud te reperisset, vidissetque Spanheimi, falsa quidem pro veris, mendacia pro amore, veneficum, quem beneficum deberet colere, rescripsit, damnans, & temere judicans ea, quæ conprehendere non subficiebat. Nec velim te Cardani inmemorem esse, qui tua, teque, Magica, falsa, Necromantica sibiipsi tertio contrarius verbo proclamabat.

Ad piissimos Doctores conuerte oculos vt cum videas quod homines sanctissimi de te scripserint, non mireris nomen tuum, & opera male audire apud homines eos, qui vel in minoribus sunt nati modestiæ titulis, vel minus pium modum loquendi fuerunt insequuti.

In primis sit diffinitio primas, omnium aliarum quasi regula, & norma, edictumque Idquisitionis Hispanæ, quæ (vt vbique piissima, sic & ergate) noluit concedere Steganographicum opus ã te esse conpositum, sed subpositum judicans, his (vel similibus verbis) interdicit: *Steganographia qua falsó inponitur Ioanni Trithemio viro alias &c.* Tota integra mandetur flammis.

Multi & inter eos Martinus Delrio (quorum mentionem facit Baltasar Bellerus Typographus Duacensis in præfationis initio ante illas octo quæstiones, quas satis acutè expostulante Maximiliano Inuictissimo Cæsare], summo cum magisterio resoluisti (Steganographicum hoc opus ignibus dignissimum esse judicarunt. Authori sancto falsò inpositum credunt Pereyrus, Aloysius, & alii.

Audisti condemnationem operis, Author saluus, illæsusque; quia doctiores homines semper sunt magis pii, & quantum in se est doctos defendunt. Scias oportet etiam fuisse aliquos, qui non solum opus pessimum, sed ab Authore pessimo conpositum esse judicarent. Inter eos Queuedus, qui somnians ad Infernos ducitur, & excitatus reuocatur (sane hic Author &c.!) post Geomanticum (quem ipse ignarus nominis, non rei vt colligitur ex Geomantiæ descriptione quam subjungit, Geometricum adpellat) post Petrum Abanum, Cornelium Agrippam te vidisse vociferatur hisce verbis. *Vi con su Poligraphia, y Estenografia* (si *Esteganografia* diceret

Digitized by Google

ceret correctiùs loqueretur) *al Abad Trithemio, harto de demonios: ya que en vida parece, que siempre tubo ambre dellos, muy inojado con Cardano, que estaba enfrente del, porque dixo mal del solo.* Hoc est: *Vidi* (puta in Inferno, vbi pro illo tempore erat Queuedus) *eum suâ Polygraphiâ, & Steganographiâ Abbatem Trithemium, nauseantem tandem Dæmonas, quorum vnus, vt videtur, fame vexatus est, iratum maximè contra Cardanum, qui etiam ibi erat è regione, quod in se vnicè inueheretur &c.* Sane si Deus non esset magis misericors quam Quevedus, non tu modo, mi Trithemi, sed alii etiam Catholici fuissent damnati, sed spero ex sanctitate & sapientiâ Tribunalis justissimi Inquisitionis, quod non permittentur viui descendere ad Infernos reuersuri contra sententiam Iudicis tremendi, qui dixit: *In Inferno nulla est redemptio*, quam etiam Pagani magnificant atque Gentiles, quam Latinus cognouerat, cum dixit Æn. 6.

——— Facilis descensus Auerni:
Sed reuocare gradum, superasque euadere ad auras
Hoc opus, hic labor est. ———

Vel si permittantur, interdicendos esse, ne in pœnis videant, quos pietas confidit esse saluos, queisque lumina supernaturalia summâ cum spe, summâ cum laude deprecatur.

Stegano-

Digitized by Google

Steganographia. Ars per obcultam scripturam mentis arcana absentibus summa fidelitate manifestandi certa.

CAPVT I.

CVIVS OPERATIO TENETVR A Spiritu principali 1. Pamersiel, 2. anoyr madriel, 3. per ministerium Ebra Sothean Abrulges & Rasbiel. 4. Et nadres ormenu itules rablion hamorphiel. Ad hos fit commissio omnium cum 5. exorcismo.

6. HVIVS primi Capituli est multum difficilis & periculis plena operatio, propter superbiam & rebellionem spiritum eius, qui nõ obediunt alicui, nisi fuerit in hac arte expertissimus. Nouitijs enim & minus in arte probatis non solũ non obediunt, sed etiã si nimis vrgeantur, eos frequenter lædunt, & varijs illusionibus offendunt. Malicioſi & infideles sunt super omnes alios aërios spiritus, & nulli penitus nisi maximis sacramentis compulsi obediunt, & secretum quod eis committitur sæpè infideliter alijs ostendunt. Nam mox vt emissi fuerint cum litteris auolant, & ad eum cui mittuntur, sine ordine irrumpentes, sicut populus sine duce fugiens de prælio, furiosi properant, & aërem suo clamore replentes sæpè omnibus 7. in Circuitu mittentis, arcana manifestant. Cõsulimus ergò, vt nemo in hac arte operaturus illos compel-

Digitized by Google

lat, nec eorum ministeria anxiè requirat. Quia proterui & infideles sunt: cum plures ex his quos consequenter dicemus inuenire possit latis beneuolos qui vltrò sese offerant ad obedientiam paratos. Si quis autem proteruiam eorum experiri omnino voluerit & probare ea quæ diximus esse vera, hunc modum obseruandum nouerit. 8. Præparet cartham in quam scripturus est cum inuocatione diuini nominis, in nomine Patris & Filî & Spiritus S. Deinde verò scribat in ea quamcunque narrationem voluerit simplicem & apertam, quam omnes legentes intelligant, latino, patrio vel quolibet alio sermone. Cum autem sederit ad scribendum versus Orientem, ita spiritus compellat. 9.† *Pamersiel oshurmy delmuson Thasloyn peano charustea melany, lyaminto colchan, paroys, madin, moerlay, bulre ✠ atloor don melcoue peloyn, ibutsyl meon mysbreath alini driato person. Crisolnay, lemon asosle mydar, icoriel pean thalmon, asophiel il notreon banyel ocrimos esteuor naelma besrona thulaomor fronian beldodrayn bon otalmesgo mero fas elnathyn bosramothcut.*† 10. Hæc cum dixerit, videritque filî spiritus ad obsequendum præsentes, continuet opus inceptum. Quod si nondum apparuerint, totiens repetat iam dicta, donec compareant: aut penitus intermittat, ne nimium compulsi lædant operantem. 11. Cum autem litteras compleueris intentas, mitte eas cum nuncio ad amicum in arte ptobatum, quas cum receperit, dicat istam cõiurationem. 12.† *Lamarton anoyr bulon madriel traschon ebrasothea panthenon nabrulges Camery itrasbier rubanthy nadres Calmosy ormenulan, ytules demy rabion hamorphyn emattecte picom.*† His dictis mox intelliget mentem tuam

per-

Digitized by Google

perfecte, spiritibus iam vltro se cum impetu offerentibus & clamantibus, ita vt plerunque & alij præsentes secretum mittentis percipere valeant. Sed obserua, vt in omnibus litteris quas mittis hac arte conscriptas proprium signum infigas, vt is cui scribis sciat, per quos spiritus sis operatus. Quoniam si ipse operatur per alios ad intelligendum, & tu per alios ad mittendum, nunquam in æternum obedient ei, sed pro indebita operatione & illum lædetent, & secretum tuum minime reuelarent. Omnes enim spiritus quibus in hac arte vtimur, ordines & officia sibi commissa tantum custodiunt, & de alijs se nullatenus intermittunt. Considera diligenter omnia quæ in isto capitulo diximus, & facilius poteris intelligere quæ in sequentibus dicturi sumus. Et vt ea quæ diximus comprobemus exemplo, ponamus intentionem nostram in sermone vulgari, quam consequenter notificabimus amico modo prædicto.

Capitis primi Commentarius.

1. *PAMERSIEL*) Cognouit Abbas noster ex Cabalâ (in quâ versatissimum fuisse non ipse solùm, sed etiam ipsius secretissima scripta manifestant) Sophorum, & eorum omnium, qui litteris student Patronum, & adsidentem influxum esse Racielem, cujus aliquando fit mentio in sacris litteris, & frequentissimè in Rabbinorum commentariis; id circo maximum & priorem spiritum, qui Orienti Steganographiæ portas aperit, quæ totius secretioris Amphitheatri Clauigerum esse decreuit פעמור—ריי—אל *Pamersielem* hoc est, *Via & gressus Rasielis*, quia per ipsum prima fit hominibus secretioris scientiæ conmunicatio, nominauit.

2. *Anoyr*) אנוי מדריאל *Anoymadriel*, hoc est, *Castrametatus est, & solitarius fuit mensurans conceptus maximos*. Vult igitur Trithemius hunc spiritum Pamersielem hic in Orientali plagâ castrametari, sed solùm; non quod ministros non habeat, & subditos

Digitized by Google

ditos, cum post ipsi Diurnos, Nocturnosque subjiciat, sed quòd non admittat comitem, neque sodalem, sed ipse vnicus sit Imperator, & istam Orientalem plagam (sic lepidè initium Steganographiæ adpellat) teneat, gubernetque.

3. *Per Ministerium*) Ministri, & subditi (vt constat ex tabulâ, quam adducit Trithemius in hoc capite, & nos superùs explicauimus) sunt plurimi, puta 10000. diurni atque nocturni totidem, sed illorum præcipui (vt ad opus Steganographicum conducit) sunt

			Characteres
עברה	*Ebra* Transiens, transducens.	*Directio*	
שטיחן	*Sotheau* declinatio castrorum	*Descensus*	J
עבר ועלחץ	*Abrulches*. trãsiens & adscẽdẽs sagitta.	*Adscensus*	ſ
רץ בהל	*Rasbiel* Cursor timore repedans,	*Retrogressio*	ʒ

His nominibus innotescere voluit quattuor modos legendi obcultos, quos exercet in hoc capite alterum procedendi, alterum descendendi tertium, & vltimum retrogrediendi, vt patet in subjecto diagrammate.

	F	E	R	N	A	N
	D	V	S	V	I	C
J	T	O	R	G	V	B ſ
	E	R	N	E	T	E
	T	V	I	V	A	T
	F	O	E	L	I	X

ʒ

Quod in processu legitur hac sententiâ Latinâ. *Fernandus victor gubernet & viuat fœlix*, in descensu hac. *Fdtetfevorvors rnienu geul aiuta inc bet x*. Adscensus hac sententiâ legetur. *Xteb cniatu iaiu egune inr frouro vefterdf*. Et denique retrogrediendo ex fine erit prolatio ipsarum litterarum. *Xile oftaui vtetem, rebugrot ciûs vd nanref*. Quarum tres posteriores lectiones sunt barbaræ, sed hic non curo de significantiâ litterarum, sed solum de lectionis explicando, atque ostendendo quadrimodo.

Vocantur Directio, atque Descedsus Spiritus diurni, eò quòd sint intelligentiæ ab initio, & Adscensus, Regressusque cum sint a fine nocturni nominantur, quod sint obscuriores, & vix à quopiam cognoscantur.

4. *Et Nadres*) Hæc sententia in propriis litteris Cabaliis est

גדר איש אורמגד / יטול איש רב לי / עון המח חור / פעל

Ha;

Digitized by Google

Habebit juxta votum homo lucem à me; contemnetur, & ejicietur vir Rábbinus pro me: habitent sonitus albedinem faciei. quibus verbis maxime commendat artem suam Steganographicam, quâ lucem & splendores promittit exoptatos, & omnibus Rabbinicis artibus anteponendam esse. & vt cognoscamus hanc scribendi occultè esse methodum subjungit, quod eâ facies sonitus hoc est voces habitent in papyro albâ.

5. Quid sit exorcismus jam diximus, & sic non restat quidpiam speciale notandum.

6, *Huius*) Qui intelligentias has abcultas Spiritus nominarat de ipsis loquitur sub nomine spirituum, & sic difficiles proteruos, infidelesque Spiritus adpellat intelligentias operosissimas, laboriosissimas, & multiserroribus obnoxias, quia si in regulis seruandis defecerimus statim sine ordine irrumpent: ita vt desperare cogamur de cognitione secreti & cogamur rogare circumstantes. sunt præterea difficiles, quia nullius venti aut plagæ petunt conuersionem præcisam, sed debere legentem contra aliorum naturam Spirituum, cum jubetur legere ad ortum, declinare parumper ad subsolanum, eligereque locum medium inter Pachielem, & Pamersielem, quia Pamersiel adeo est seuerus, vt si in ipsius domo perseueres nil possis intelligere. Ideoque codsulit faciliores alias operationes facere, quia plurimæ ponendæ sunt quæ sunt facillimæ, & facili poterunt negotio exequutioni conmendari.

8. *Præparet*) Quid sit præparare cartam: *In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti*. rogant multi, & vix adæquatè adsequuntur. Non inficio explicationem eam communem, quæ inuocato Numine Stenographon vult ad operationes advenire, quia ex sanctitate scriptisque nostri Trithemii satis colligitur omnia ad Dei honorem ex voluntate ipsius dirigi, & sic a Numine fœliciter auspicandum esse. Verùm & aliud mysterium bontinet ista præparatio, quia vult ita disponi cartam vt solum intendantur scribi 36. litteræ (tót enim continentur in hac inuocatione, & hæ mox Cabalæo in sex canonibus, vt vidisti in diagrammate superiùs num. 3. perlustrato. His 36. litteris potest subficienter secretum declarari vt si esset tibi Principi clanculo hæc vasallo epistola mittenda.

Digitized by Google

Lieber getrewer, wir seyn in willens, durch redliche vrsach die von Straszburg zubekriegen vnd mit ganszer macht su vberfallen auff nechst Mitwoch nach Viti vnd Modesti. Ist darumb vnser ernstliches begern an dich, als du vns mit Aydt vnd Gelubde verwandt bist vnd su getrewen diensten verbunden: Du wollest vff denselbigen Tagwol gerust, nach deinem vermogen, vmb vier nach Mittemtage bey Stauffenburg in dem VValde erscheinen, weitern bescheid daselbst finden wurdest, nachzukommen vñ nit auszbleiben, VVollen wir in gnaden gegen dich erkennen vnd behalt diesen vnsern Anschlag bey dir in hoher geheym, &c.

Post contrahens sententiam reduceres ad pauciores voces, quas possis, & sic subsiceret dicere: *Ich vvill Strasburg der ovvegen verberge dich in Stausenburg vvaldt*. Quod Latinè erit: *Volo obsidere Strasburg, sic in sylua dicta*, quæ Oratio Latina Cabalæa est, continet siquidem præcisè litteras numeri Cabalistici, videlicet trigesimi sexti.

Determinabis postea cuinam ex spiritibus Ministrantibus (non solùm Orientali Principi, sed etiam omnibus aliarum partium, atque plagarum Dominis, vnde vniuersales Ministri quod omnibus seruiant, nominantur) velis secretum tuum conmissum facere; & sic scribe epistolam ad libitum sanctam, deuotam, politicam, vrbanicam, vel contrarii sensus, aut diuersi, subpone postea characterem Principis postea ministri, vt vides in exemplo sequenti quod est ipsissimum quod posuit Trithemius in explicatione isthujus capitis.

Ioannis Trithemii Abbatis ad ingenitum, æternumque Patrem Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, qui omnia creasti ex nihilo misere nostri per Vnigeniti Filii tui in cruce morientis amarissimam Passionem, qui conceptus de Spiritu sancto sine conmixtione

Digitized by Google

ne virili natus est ex purissima semper-virgine Maria, tradensque se pro nobis voluntarie in mortem suo sanctissimo cruore animas nostras moriens, de morte liberauit. Exaudi equidem nos miseros o clementissime hominum Pater, & per ejusdem Filii tui dulcissimi Domini nostri Iesu Christi, sacratissimi sanguinis effusionem, indulge nobis pekcata nostra, & infunde cordibus nostris gratiam tuam, vt te in omnibus, & super omnia sincero feruore diligentes mandatis tuis semper cum deuotione obediamus, & mutuo amore jugiter proficientes nihil deinceps amemus terrenum, nihil quæramus caducum. Tu enim es Domine Deus noster, qui nos ad imaginem & similitudinem tuam ab initio creasti, cum non essemus: & per dilectum Filium tuum redemisti cum periissemus quem mortuum pro peccatis nostris & sepultum tertia die a mortuis resuscitasti, eumque gaudentibus suis discipulis viuum per dies quadraginta multa consolatione ostendisti. Ipsum verum Deum, & hominem pura, & firmissima confessione tecum in tua incircumscriptibili Majestate sine fine regnantem in fine mundi denuò kredimus esse venturum ad judicandum viuos, & mortuos, & rediturum vnicuique nostrum, secundum opera sua. Per ipsum te rogamus, o clementissime Pater, exaudi nos, & miserere nobis nunc, & in illa terribili hora in qua per ipsum filium tuum judicandi sumus. Respice in nos misericordissime Deus, sumus enim fragiles, & miserandi peccatores, bonis operibus nudi, qui sanctissimam Majestatem tuam peccando in multis offendimus, sed misericordia tua conuersi ad pœnitentiam pro peccatis nostris lachrimantes gemimus, per Iesum Christum Filium tuum humiliter deprecantes, vt auertas indignationem tuam a nobis, indulgeasque nobis clementer transacta crimina, perducens nos præsenti terminato exilio ad amenitatem Patriæ Cœlestis. Ioannes-Trithemius scripsit.

Habes mittendam epistolam, vel potiùs orationem, lege igitur versus Orientem secretum tuum, hoc est lege Abecedario Orientis, qui est hic.

Abecedarius Orientis propriè est communis, iste est Orientalis secundus, inter Orientem & Subsolanum,

Potestas. a b c d e f g h i j k l m n o p q r s t
Character. ✠ A B C D E F G H I J K L M N O P Q R S
u v w x y z & æ œ.
T U V W X Y Z & Æ.

In quo vides characteres in majori formâ, valoremque & potestatem in minore. Secretum committendum spiritui erat hoc: *Volo obsidere Strasburgsis in sylua dicta*, hoc secretum lectum ad Ortum

Digitized by Google

Hoc Abecedario vt aliqui volunt vtebatur Augustus Imperator, videat in cõmentariis capitis 16. huius libri, & Petra Sancta in lib. 4. de symb. Heroicis.

Ortum, hoc est si Abecedario Orientali legatur, erit: *Vnku narbh cdqd Rsq ✠ ratqf, rhr hm rxkn ✠ chbs ✠.*

Posteà juxta modum quem volueris exercere scribe in quadro, ponens sex characteres in lineis singulis, conmendans cui mauelis Ministro vt sequitur.

Idem ipsissimum secretum, scriptum Cabalisticè in quadro, conmendatumque Spiritibus Ministerialibus.

עברה Ebræ,——

✶	U	N	K	N,	N	A
	R	H	C	D	Q	D,
	R	S	Q	✠	R	A
	T	Q	F,	R	H	R
	H	M,	R	X	K	U
	✠,	C	H	B	S	✠,

שתיאן Sotheani. J. — עברולחה Abrulchæ. J. ✶

רסבילי Rasbieli. ℞.

Habes jam secretum mandatum quattuor Ministris vniuersalibus Ebræ, Sotheani, Rasbieli, & Abrulchæ, hoc est, habes jam secretum tuum scriptum arcanè, & cabalisticè, ita vt possit mitti secundum lectionem ——— directam, id est secundum Spiritum Ebram, Ebra enim vt proprio loco vidimus directionem sonat; vtque possit mitti secundum lectionem J. descendentem, & hoc est mittere secretum per Spiritum Stoheanem, Sothean enim interpretatur Descensus: vtque possit mitti secundum lectionis ℞ retrocursum, is enim nomine Spiritus Rasbielis innotescit: vtque deniquè possit mitti secundum lectionem ascendentem, hæc enim lectio semper intelligenda venit nomine spiritus Abrulchæ.

9. *Pamerziel*) His factis sequitur operatio propria isthujus capitis occultioris intelligentiæ causâ, in linguâ mysticâ conpositâ, quæ

Digitized by Google

quê per clauem ✠ modo debito lecta, erit hæc:

Principium secretum est in dictione determinatâ vel A millesimâ, vel B. decies-millesimâ, vel C. centesimâ, vel D vltimâ: & ab illa dictione inclusiuè incipias notare accentus, & per hos litteras (vt secretum tuum manifestes, & in fine (epistolæ) pone characterem spiritus Principalis (puta hic Pamersielem) & Ministri Vniuersalis (per quem fit operatio) & Pylori (vt cognoscatur prima dictio)

Vnde colliges duo esse lectionis principia in epistola, aliud vulgare & notum, & aliud obcultum, & hoc debere colligi in Pamersiele (& proportione explicandâ, etiam in aliis) ex litteris subsecutis inmediate post characterem Principis, quia A significat dictionem millesimam esse primam secreti, B insinuat à decies-millesimâ principium desumendum esse: G autem notat, quod centesima prior debeat esse, à quâ obcultа lectio debeat auspicari, tandem D. indigitat quod a fine debemus litteras necessarias adcentuare: cum autem dico à fine non intelligendus venio, dixisse quod regredi debeamus a fine ad initium, sed directo modo quod vltima dictio sit secreti prima, & post prima epistolæ sit secreti secunda & pòst in ordine directè ad finem.

Iubet postea quod in fine epistolæ ponantur characteres Spiritus principalis, & Ministri, & dictionis primæ, vt lector cognoscat quomodo illa epistola sigillata sit, & cui sit spiritui hoc est arti conmissa, quia deficientibus characteribus manuducentibus omnia essent confusa, & perturbata, & explicari, intelligíque nequaquàm possent. Sic si reperias in fine epistolæ cifram hanc ✠ A ſ. dices hanc epistolam conmissam esse Spiritui Pamersieli, ipsiusque Ministro Abrulchæ, & legioni primæ. hoc est quod secretum, quod venit in epistola, debet legi per Alphabetum Orientis (hoc notat Pamersiel) & debet legi anabasicôs, vel ascendendo (hoc enim indigitat Abrulches) & tandem quod initium secreti sit in dictione millesimâ (hoc enim notat A, seu prima lectio) & sic in reliquis.

Docti igitur Spiritus Pamersielis vsum, & hanc secretam Orientalem artem, majoris claritatis gratiâ, & causâ vberioris doctrinæ, Orationem illam antecedentem spiritui conmendemus alicui, vt si-

Digitized by Google

gillata ipsius Spiritus charactere invisibiliter recipienti secretum manifestet.

ORATIO EADEM, QVÆ PAVLO' ANtè libera erat ab omni Spiritu Steganografico, jam a Principe Pamersiele, ejusque charissimo Ministro Rasbiele informata, animataque.

OMnipotens sempiterne Deus, qui omnia creasti ex nihilo misere nostri per Vnigeniti Filii tui in cruce morientis amarissimam Passionem, qui conceptus de Spiritù sancto sine conmixtione virili natus est ex purissimâ sempér quevirgine Maria, tradēsque se prò nobis voluntarie in mortem suo sanctissimo cruore animas nostras moriens, de morte liberauit. Exaudi équidèm nos miseros ó clementissime hòminum Pater, & per ejusdem Filii tui dulcissimi Domini nostri Iesu Christi, sâcratissimi sánguínis effusionem, indulge nobis pekcata nòstra, & infûnde cordibus nostris gratiam tuam, vt te in omnibns, & super omnia sincero feruore diligentes mandatis tuis semper cum deuotione obediamus, & mutuo amore jugiter proficientes nihil dé inceps âmemus terrenum, nihil quaramus caducum. Tu enim es Domine Deus noster, qui nos ad imaginem & similitudinem tuam áb initio creasti, cum non essemus: & per dilectum Filium tuum redemisti cum periissemus quem mortuum pro peccatis nostris & sepultum tertia die à mortuis resuscitasti, eumque gaudentibus suis discipulis viuum per dies quadraginta multa consolaitone ostendisti. Ipsum verum Deum, & hòminem pura, & firmissima confessione tecum in tua incir cûmscriptibili Majestate sine fine regnantem in fine mundi denuó kredimus esse venturum ad judicandum viuos, & mortuos, & rediturum vnicuique nostrum, secundum opera sua. Per ipsum te rogamus, o clementissime Pater, éxaudi nos Rèx, & miserere nobis nunc, & in illa terribili hòra in qua pér ipsum filium tuum judicandi sumus. Respice in nos misericordissime Deus, sumus enim fragiles, & miserandi peccatores, bonis operibus nudi, qui sanctissimam Majestatem tuam peccando in multis offendimus, sed misericordia tua conuersi ad pœnitentiam pro peccatis nostris lachrimantes gemimus, per Iesum Christum Filium tuum hùmiliter deprècantés, vt auertas indignationem tuam a nobis, indulgeasque nobis clementer transacta crimina, perducens nos præsenti terminato

Digitized by Google

exilio ad amenitatem Patriæ Cœlestis. Ioannes Trithemius scripsit. ✠. C. ℞.

10. *Hæc cum dixerit*) Cum spiritualizauerit, vel adcentuauerit epistolam, si viderit litteras prioris epistolæ congruere necessitati continuet opus inceptum, quod si non adparuerint iteratò ex alia parte incipiat donec conuenientem litterarum ordinem inueniat, si nullibi (quod rarò, aut nunquam contingit) litteras conuenientes suo secretro reperiet mutet aliqua in priore epistola, vel saltim intermittat, relinquens in aptius tempus, ne hallucinatione posteriores etiam operationes intermutet, & sic sine fructu in inuia oberret, desudetque.

11. *Cum autem*) Semper petit nuntium quia spiritus inclusus est in epistolâ, & sine eâ, non poterit secretum denuntiare.

12. *Lamarton*) Hæc est Methodus, quam debet seruare qui recipit, quam ex linguâ mysticâ ad Latinam deduces, si eam explicueris claui ✠ secundâ me duce reperies hanc sententiâ.

Tu (quicumque recipis epistolam Steganographicam) nota (ex characteribus) primam dictionem (& sic ex eâ lege) post nota (quæ legeris) & scribe secundum characterem Ministri, & (postea) directè lege versus Principem.

Hoc est *Tu quicumque recipis epistolam* hac arte occultissimâ (quam ipse voco *Steganographicam*) scriptam. Primo *nota ex characteribus* Latinis *primam dictionem*, à quâ debeas intelligentiam secreti auspicari. *Et sic ex ea lege* omnes litteras, quæ adcentu fuerint sigillatæ (videlicet acuto præuio, graui subsecuto, aut circumflexo superposito) postquam eas legeris, consule *characterem Ministri*, & sic scribe in area adscendendo, vel descendendo, procedendo, recurrendoue, prout character ipse indigitauerit; cumque quadrum hoc modo effeceris, postea legas *conuersus ad Principem* hoc est Abecedarium Principis, cuius character Hebræum, aut naturale ponitur in priore loco.

Vt igitur has regulas seruemus, ad memoriam reuocare oportet characteristicon Orationis præcedentis, quod erat ✠. C. ℞. ex quo colligo, hanc epistolam commendatam esse spiritui ✠ Pamersieli, habere secreti initium in dictione legionis C. quæ ex tabulâ est centesima. & in areâ sequi cursum retrogradum. Vnde quærentes quænam sit dictio centesima à quâ intelligentia secreti ex-

Digitized by Google

ordium sumit reperiemus esse *De*+*inceps* paulò ante medium, à qua si legas litteras adcentu Steganohraphicè indigitatas reperies hanc sententiam ✠*sbbc*✠*ukx,rmb,rbr: fqtar*✠*qsr,dqdcbran,nkuu* . quæ cum commissa sit ꝗ Rasbieli Spiritui retrogado, debet recurri sic. *Vnkn narbcdqd Rsq*✠*ratqf: rbr bm rxku*✠*cbbs*✠ hæc sententia legatur Abecedario Pamersielis Orientali, qui initio conmentariorum hujus capitis est supèr positus, & reperiemus spiritum istarum litterarum esse. *Volo obsidere Strasburg: sis in siluâ dictâ.*

Quod si quis crediderit hanc operationem sic explicitam remanere difficilem, & hanc Orationem Trithemii liberè conpositam vt ipse testatur, sibi non velit persuadere, sumamus aliam aliunde epistolam, & idem aut diuersum secretum exercitii gratiâ conmendemus. Mittat ergo Villico suo iste Dominus, quem introducit Trithemius Burdigalensis Ausonii lepidissimã illam nonam epistolam olim Paulo sine Spiritu missam, quæ est hæc.

Comes. N. PROCVRATORI fidelissimo suo N. S. P. D.

Ostrea † nobilium kènis, sumptuque nepotum
Cognita, diuersoque maris defossa profundo,
Aut refugis nudata vadis, aut scrupea subter
Antra, & muriceis scopulorum mersa lacunis,
Quæ viridis muscus, quæ dedecor alga recondit,
Quæ tectis concreta suis, ceu saxa cohærent:
Quæ matata loco, pingui mox condita limo
Nutrit secretus conclusæ vliginis humor
Enumerare jubes, vetus o mihi Paule sodalis,
Absuefacte meis joculari carmine, nugis:
Adgrediar, quàmuis curam non ista senilem
Sollicitent, frugique viro dignanda putentur,
Nam mihi non saliare epulum non kèna dapalis
Qualem Penelopæ nebulonum mensa procorum,

Alci-

Digitized by Google

Alcinoique habuit nitidæ cutis vncta juuentus.
Enumerabo tamen, famam, testesque † sequutus,
Prò studiis hominum semper diuersâ probantùm.
Sed mihi pro cunctis ditißima, quæ medulorum
Educat Oceanus, quæ Burdigalensia fàma
Vsque ad Càesareas tulit ádmiratio mensas,
Non laudata minus, nostri quàm gloria vini:
Hæc inter cûnctas palmam meruere priorem
Omnibus ex longo cedentibus, ista & opimi
Visceris & niuei dulcique tenerrima succo.
Miscent æquoreum tenui sale tincta saporem.
Proxima sint quæuis, sed longè proxima multo
Ex interuallo, quæ Maßiliensia portu:
Quæ Narbo ad veneres nutrit; cultuque carentis
Helespontiaci, quæ protegit æquor Abydi:
Vel quæ Bajanis pendent fluitantia palis:
Santonico quæ tecta salo: que nota Genonis:
Aut Eborum mistus palago quæ protegit amnis:
Vt multo jaceant algarum obdùcta recessu:
Aspera quæ tastis, & dulcia farris opimæ.
Sûnt & Aremorici qui laúdent ostrea ponti,
Et quâe Pictonici legit ádcola littoris: & quæ
Mira Caledonius nonnumquam detegit æstus.
Adcedunt quæ fàma recens Byzantia subter
Littora, & insana generata Propontibus acta.
Promoti celebrata Dùcis de nomine laudant.
Hàec tibi non vates non historicus, neque toto
Orbe vágus conuiua loquor, sed tradita multis:
Vt solitum: quotiens dextræ inuitatio mensæ

Digitized by Google

Sollicitat lenem comi sermone Lyæum.
Hàec non per vulgúm mihi cognita, pérque † popinas
Aút parasitorum collégia Plautinorum:
Séd festos quia sæpe dies partim ipse meorum
Excolui, inque vicem conuiuâ vocátus adiui,
Natalis si forte fuit solennis amico,
Conjugióque dapes aut sacra repotia patrum,
Audiui: meminique bono laudaré frequenter.

Vale. ✠. A. ———.

Ex characteristico cognosco statim esse epistolam conmissam ✠ Pamersieli, & habere initium Steganographicum in dictione A. hæc est millesimâ, cumque hæc epistola habeat dictiones 316. post tres periodos integras reperiemus millesimam dictionem quam quærimus in versu nono, in quo vox VETVS, ipsa est initium lectionis Cabalisticæ, quæ directa est vt colligitur ex signo ———:

Incipiamus ergo legere a dictione illa litteras informatas, & animatas ab adcentu & reperiemus in linguâ Mystica hanc sententiam: *Hbg vhk Rıq✠ratqf cdqnvfdm vdqadqfd chbg hm R✠tedmatqf v✠kcs.* quæ verba si directè vt petit Minister ——— Ebra, & secundum potestatem litterarum Orientalium legeris, vt postulat ✠ Pamersiel, reperies hanc sententiam ex linguâ mysticâ transductam ad Germanam. *Ich vvil Strasburg derovvegen verberge dich in Staufemburg vvaldt.* Vt priùs.

Supersunt Anabasicæ, Katabasicæque lectionis exempla, vt omnia maneant illustrata, sed hæc ex aliis capitibus possunt peti, quia quocumque fiat modo prior epistola est apta vt in ea introducatur Spiritus, & intelligentia, quam volucris, vt vlteriùs conspicitur in subsequentibus.

ΕΠΑΥΑΑΙΟΝ.

De faustissimo Christi Natali.

PRÆFATIO.

Exoritur festiua dies, Pamersius ortus
Princeps exorti Principis acta gerat.

Abrul-

Digitized by Google

Abrulches, quo crescit honos, quo famaque crescit,
Quo surgunt laurus, surgit & imperium,
Hos versus animes, consurgat & astra Minister,
Vt meliùs Domini percipiatur honos.

Ο ΚΟΣΜΟΣ.

Ουρανιον τι θαυμα ταιω εμε θομον ατυξε
ποιον αρ' ημετερης ηφατο χαρμα φρενος.
Ηρ' ϋ' ψηρε χρονος, βασιλε^τους οταν αιθερι ναιων
Αρρηκτου φυλακις θνητον αφειλξε γενος;
Ηυιχα παμμεδεων καλαιευμενος υφοθε χριστος
των χηρειτραφεων εοτατο σωμα βροτων,
φευγετε νυν μοχθοι και γηοκοροι μελεδωνες
φευγεῖε και κραδιης αλγεα. και στοναχαι.
Ωδ' ιτε ω γεθη μελιηδεα ὥδ' ιτε μολπαι,
ωδ' ἴτε μουζαων θελξινοοι μελεται.
Νυκτος αειδουσαι θεοειδες αγλαον ευχος
Ηελιου παιδων τουλυ φαιηοτερης
Νυκτος εφ' η κατ^τπαρθενικη τον ποιμενα κοσμου
παυλος αειγενετην αμμι μονον φανερη
Αστηρ ϊκλοομενοιο μαγοις φρασε σπαργανα παιδος,
Αγγελος αγραυλοις εφρασε μηλοβοταις.
Ηλυθεν αρχαιου^τ μαντευμα ἕως τελος ομφῆ, κ
ἥτις Ιουδαιας σκηπτρον αφειλε χερος ϵ
ἄλλον^τ ἐμαναιωθη βασιλεύς, ἄλλος δὲ προφῆτης.
αλλος ο μει λιατων κ θεον αρχιερευς.
Ω νυξ αμβροσιη. Σὲ δ' ες^τυστερον αιεν αεισω, δ
ειτε μὲν ευτυχεων, ειτε δε δυστυχεων.

ℵ. ſ. D.

Venit hæc epiſtola Græca, laudem ſanctiſſimi Natalis continens ad manus Steganographi. & ſtatim ex characteriſticâ ſubſcriptionis nota intelligit, id quod in præfatione (quæ mitti non debet) dicebatur, videlicet Spiritum ſiue intelligentiam hujus litteræ eſſe ℵ Pamerſielem. hoc eſt juxta Alphabetum Orientalem, debereque legi ſecundum ſ. Abrulchen ſeu anabaſin adſcendendo à fine. Denique vltima nota indigitat principium ſecreti in vltimâ

Digitized by Google

timâ dictione, quæ est δυσυχεων constituendum esse.

Legamus ergo litteras adcentu sigillatas sumendo spiritum densum vbicumque obcurrat, quia deseruit pro Latinorum H, & reperiemus in linguâ mysticâ hanc sententiam, quam amicus scribit ad sodalem.

Α✠υμορ, δρ' δρρ, α✠κ' δδ; χ' ✠κ' ϛ✠μοσλδ, κδ✠τδμ. Vel litteris Latinis. *L✠umsr, drhdrr, a✠khdd, qh✠chh, ✠mssld. cd✠tdm.* deinde hæc eadem mystica sententia legatur per Abecedarium Orientalem & reperietur esse. *Mavnts, esiess, bslice, riadic, unttme, deauen.* Hanc scribe modo Cabalistico senas litteras in singulis canonibus, & inuenies

M A V N T S E S I E S S B A L I E E R I A D I C V N T T M E D E A V E N	ſ. עברועלחד Abrulches Spiritus Anabasicus.

Character ſ. notabat lectionem anabasicam hæc a fine auspicatur, & motu suo facit hanc sententiam. *Necesse mi est vt die Natali venias ad vrbem.* quam modo satis obcultè Cabalistico familiari tuo manifestasti.

Superest, vt omnium Ministrorum potentiam, & operationes consideremus, & cognoscamus Catabasicon aliquod exemplum præpositis subnectere; vt etiam Sotheanis ingenium innotescat, qui in motu descendendi consistit humilitate Steganographicâ.

EIDYLLII.

Superioris Latina Interpretatio, Pamersiele viuens, & Sotheanis pondere hexagrammatôs decidens.

Quæ stupefacta mouent animum miracula Cœli?
Quæ tangunt mentem gaudia læta meam?
Gràtum án tempus ádest summî cum Rector Olympi
Edùxit valido carcere terrigenas?

Quàndò

Digitized by Google

Quando potens Verbum Cœlo demittitur alto,
Induitur morti debita membra hominum.
Mordaces fugite hinc curæ, ingratique labores,
Et dolor hinc fugiat pectoris, & gemitus.
Huc o lætitiæ dulces, huc tendite cantus,
Huc animis lenes Pieridumque modi.
Magnificas noctis diuinæ dicite laudes,
Sole sata lucet clarius illa die;
Noctis, qua prægnans in lucem protulit orbis
Pastorem æternum Virgo, simulque Parens.
Sed neque fœlicem hanc noctem videre priores,
Cum cuperent nobis quæ manifesta fuit.
Stella hujus docuit Pueri ab cunabula Magos
Pastores docuit Nuntius Agricolas.
Venere augurii veteris fatalia verba,
Sceptrum e Iudæa quæ rapuere manu. b
Nunc alter natus Rex est, alterque Propheta,
Quique Deum placet nunc benedictus † bonos.
Nox o læta †; mens dulcis cantanda † cothurnis,
Seu mihi sors fuerit prospera, siue grauis.

N. J. C.

Characteristicæ litteræ indigitant hanc epistolam Orientali Intelligentiæ (quam Trithemius Pamersielem adpellat) fuisse commendatam; debereque legi J. καταβασικῶς hoc est deorsum. initium sumendo a dictione C quæ est centesima, videlicet *Pueri*, Distici noni.

Incipiens ergo ab illâ dictione *Pueri* & adcipiens litteras adcentuario spiritu notatas, scribensque de more Cabalistico in quadro cujus radix sit b, reperio istam periodum.

Digitized by Google

	H	H	Q	H	S	S
	M	B	D	✠	L	✠
	S	D	S	K	✠	S
שטי ון	J	D	R	N	D	I	D
	Q	D	P	R	D	L
	E	B	T	H	R	Q

Si vero legatur ab initio καταβασικῶς, vt notat Character J. reperiemus hanc etiam absconditam sententiam: *Hmsdqebbd, rdbqdtn, ptb✠kdrhs, l✠idrs✠sdl, Q.* Lege iuxta valorem Abecedarii Orientalis, conspiciesque Mysticam illam sententiam latinizari sic. *Interfico secretò, quia lasit Majestatem R.* vbi vides in epistolâ vitæ, contineri nuntium pessimæ sortis,

Iam vidisti modum procedendi Trithemianũ, & quomodo adcentibus seu Spiritibus litteras legendas indigitet, sed cum oratio prior facta sit ad libitum, inde est adcentus frequentiùs non posse poni in propriis locis, sed sæpe contrariis, sed si epistola fieret aliquâ cum curâ adcentus propriis in locis ponerentur, vt conspicis in subsequente.

Serenissimo D. D. S. P. D.

Hinc Pater vndè feros animos Scaldis inundat
O'pto tibi pia fáta meo, decus omne peropto † :
Ambrosios équidem dum pax generósa † decores †,
E't óffert Sátyris flóres annósa voluptas,
Hic ego Syluáni pharetrâ conquiro volucres,
Quas contra volucres tollantur in astra sagittæ.
Iam míbi fors benedícta dedit, fœlice quietâ,
Et fúngi méli†óre die : ramósa Deíque
Numina sacra placent mibi Panis, plena periclis
Iam mi óbiit Pallas, fesso sátis inclyta Marti
Alma Pales: míbi súmma quies indícta. Iuuentus
Sit míbi, sit réffert fœlix; ádit annus, & astra
Vix rétinent Phaetontis equos, ingrata senilis
Est ætas, mibi tempus adest, sua gaudia Mundus

Paci-

Digitized by Google

Pacifico sakrat mihi, nec temnere fastos
Crédo dies, flóres mihi quaéro, fugero agones;
Me cóhibent summi placidis hàc Vrbê Penates
Egregiâ vinclis; mihi subficit Orbis in Vrbe;
Optáui †, fungor dulci sotietate sororum
Kàstalidûn, gratare mihi; fœlicia Prudens
Adsimili generose Deo tua tempora sacres.

✠ —— d.

Ex subscriptione statim facienda didici. Cum vidi (d) cognoui vltimam epistolæ dictionem esse primam secreti, atque ab ipsimâ sumens exordium reperio has litteras. *Pt✠qs✠ ✠eftrsh narhedan b✠rsqhbtl bmchfdu stn lhkhsd rhr hmbah. V✠kd.* quæ cum —— directè debeant legi, nil interest excedant 36 numerum an non, Character Hebræus spiritum insinuat Orientalem, ideoque per Alphabetum Orientale educ hanc sententiam ex linguâ Mysticâ, & in Latinâ inuenies intentum diuersum ab eo, quod exterius fuerat expressum, videlicet. *Die quartâ Augusti obsidebo Mastricum; indigeo tuo milite; sit inibi. Vale.* Sententia est adeo obculte posita, vt si conjungerentur homines vniuersi, licet ingeniis Angelicis essent illustres, nullus illam potuisset explicare.

Hæc conpositio aliquantò molestior est, quærit enim propria loca adcentibus, quos priùs errore artificioso ex propriis locis eliminabamus, nihilominus excellentior, & securior est, quia nihil conspicitur ex quo possimus in ciphræ obcultæ aliquam suspicionem devenire.

Hic obiter notandum est Trithemium hoc ✠ charactere pro litterâ vsum fuisse, quem hucusque sequuti sumus, sed non possumus negare illum ansam alicujus suspicionis esse, & sic pro subsequentibus Abecedarium disponemus, ita vt pro ✠ ponatur 9 pro H vocalis cum duplici puncto sic ä ë ï ö ü, vel ipsa H si fieri possit, quia cum spiritus sit rarus apud Latinos necesse est ex alio capite adjuuari. pro K qua caret Latinus ponetur C dura, & pro C ponetur G lenis, voco G lenem quæ est ante e. i. œ. æ. aliàs duram: sicque sequentibus facilior erit aditus, & expeditio.

Posset aliâ viâ & vt credo obcultiori per initiales procedere Trithemius ita vt ex qualibet dictione sumeretur littera initialis vt

Digitized by Google

videre est in hoc exemplo subsecuto, in quo dictiones monosyllabæ, & quæ habuerint adcentum non valent, & sic intermittendæ in lectione veniunt secretiore, & 9 vbicumque obcurrat adcipiendum, hoc genus habeat hunc characterem ✠, & ipsius Spiritus est *Rosiel*, hoc est *initialis*

Reuerendo admodum Domino, Domino Antonio Gomez &c. Ioannes de Caramuel S.P.D.

Omnia (cértum est, nec te de hoc aliquándo dubitásse credídero) quæcúmque desúdat Génium méum, tíbi méo desúdat, nec fácere conmúnia recusábo. Luci dedi magnæ nostræ Cabalæ librum primum Hebræo Theoricum hoc génere scribéndi peregrin9, hoc Rabinorum tractatus obscurissimos prímus Mortálium reseraui. Quandiu fúi ínter hæréticos lícet témpus férme-ómne desumerent síbi controuérsiæ, versabar nihilominus quotidie tractatus subtiliores Batauum Doctorum, curiosas historias, subtilia vétérum monumenta, ínter quæ deuenit ad mánus méas Trithemius Polygraphicus, & Steganográphicus, diu requisitus, & diu refugus, præuidens se meo declarandum labore. Homines quos Anglia habebat subtiliores interrogo, sed lectionem núllus aderat qui intellexísset, hortabar quærere brëuiaria Recentiorum Discipulorum Trithémii, quæsiui tamèn síne frúctu: redeo ún9 ad me, fugio Neotericorum quascumque, vtpotè inútiles, explicatiónes, quæro diu, fatigo mentem, heremum Alnénsem denique stud ó9 vt tempus propitius magísque quiétum obtinérem, aduénio; ádcidit res secúndum vótum, quia cúris àliis libera, expedítior mens, tandèm, tandèm Steganográphicæ obscuritátis intelligéntiam adsecuta, hos qualescúmque conmentários demittit tíbi in testimónium, vt nóueris nil adeò obscùrum, quod méntis lúmine non claréfiat. R. d. ✠ ✠. Vale.

Venit hæc epistola ad amicum, jam inde in arte perito, legit artem, benignè laudat, post cognoscit sibi missam epistolam per Spiritum Pamersielem, legendamque esse ex D, hoc est a fine & sic methodo, ✠, hoc est arte nuperrimè explicatâ, legit hanc Mysticam periodum *Ldmnkhtp9, rtrqdu, nqtsbdk, htmdtpdr, drmdl, habs, l9abqbrdq, r9snqqdfmb, d9tp.* Posteà ex signo ✠ doctus cognouit

Digitized by Google

nouit periodum recurrendam esse, præstitit & inuenit inuerso ordine hanc sententiam. *Ptqd hmfdqqnfqr qdrbqhaql shah, ldmrd, rdptdmsh kdbitqn udqrtr qptbknmdl.* Post obediens Spiritui Pamerfieli legit Orientem versus & formâ visibili isthanc sententiam intellexit. *Quæ interrogas, rescribam tibi mense sequente Lecturo versus Aquilonem*, quid sit legere versus Aquilonem jam dixi, non est opus omnia sæpius explicari.

Obscuriùs esset si sumeremus ex his dictionibus, quæ carent accentu secundas potiùs litteras, quam primas in aliis secuti regulas præcedentes, & sic sicut Spiritus operationis antecedentis fuit nominatus ראשיאל *Rosiel*, eò quòd initiales litteras adsumeret, vocetur iste שתיאל *Satael* quasi *Secundanus* eo quod secundas litteras adcipiat vt conspicis in subsequutis. ⊙ Sataelis characterе determinandis.

DAVIDES TOTIVS POPVLI ISRAELITICI Imperator Ioabo Duci meo Generali salutem.

Oppositus populo Philistim, qualis iniquos
Deturbes, qualis patrium ditaueris Orbem
Fama refert; omnique simul jam gnota coronâ
Alloquitur Fortuna tuîm, docuitque sodalis
Optimus & meliore frui dignissimus ipse
Officio Vrias. acies virtute guberna,
Illustres socios assume, fidelis honore
Crede perenne manet; rege gentes semper amari
In turmâ studeas, animus nam nulla timore
Allisus faciet, jubeas ascendere dignos,
Opprime sacrilegos; assiste, Virisque misellis
Offer opem. Reliquum præstat majora fideli
Commendare, etenim volo dones munus Vriæ
Signiferi, apparet sedenim imperiosa fidelis
Munera facturus; populôque æqualis, munire

Digitized by Google

Insídias curâto, time tímor îpse nocébit
Si pauidus, sedulus pródest; expende perîcla,
Apta testatis aditus túa signaque pilis.
Attente mandata légas, certámina adito
Aßiduus, permitte víro régere ágmina núlli.
Sémper erisque tuis pius, atrox, dirus vbique
Turba hóstes, amat améns bella Philîsta,
Cædendusque manu, látitans abit, ómine miro
Ipsos assequere inuîstus fortuna perîclis.
Illustris, concîde Deos, quos vsus adôrat
Gentílis, Cæli laúrus amo Maximo opimi
Córde dicare Deo, aßemilis cui núllus in ôrbe
Vtronis magnus statuit qui sidera sólus
Aßiduosque Póli mótus detérminat únus.

Quis crederet hac epistolâ mortis sententiam contineri, si esset Steganografus Ioabus lectâ epistolâ & visô Sathaelis insigni vnici, cognosceret huic vni han epistolam Spiritui fuisse conmendatam sicque ab initio incipiens & voces quæ fuerint sine tono conjungens, earumque secundas litteras excerpens, reperit hanc sententiam, à linguâ mysticâ, aliorumque influxu Spirituum independentem. *Pone Vriam in loco periculosiore, & nullus ipsi ferat opem, quia expedit ad seruitium meæ ab ipso lesæ Majestatis.*

Hæc omnia volui calamo prolixiore prosequi vt in aliis breuior esse potuissem, & sic operatione Pamersielia explicitâ, ad alias exponendas sub breuitate, deueniamus.

CA-

Digitized by Google

CAPVT II.

CVIVS PRINCEPS VOCATVR PADIel Subsolanus, habens sub se ministros diurnos 10000. nocturnos 200000. & alios multos subseruitores, quorum incertus est numerus.

CVM, sicut in præcedenti Capitulo diximus, Pamersiel cum Spiritibus suis dictis, implacabilis & infidelis sit, nec obediat passim omnibus in hac arte operari cupientibus, sed vix in ea expertissimis: volumus in hoc præsenti Capitulo artem facere tutiorem, & modum operandi in ea demonstrare per Spiritus meliores qui sint beneuoli, prompti & hilares ad obediendum vocanti, qui debito modo & tempore vocati veniant sine mora, & quod eis fuerit conmissum fideliter perferant sine omni fallacia. Primus autem principalis hujus operationis imperator & præsidens dicitur 1. Padiel nomine Subsolanus, mansione orbiculari; quæ est prima mansio post Orientem. 2. Is habet sub se decem millia qui præsunt diei & omnibus operationibus hujus artis diurnis, qui præcipiunt & educunt Spiritus nocturnos in tenebris latitantes qui sunt numero ducenta millia, & omnes fugiunt lucem & diem, præter vnum qui est nuntius ad Spiritus præsidentes: omnes boni & beneuoli sunt, nec lædunt operantem nisi sit malitiosus, vel minus in arte peritus. Non opus est omnes simul aduocare, sed pauci sufficiunt, & aliquando vnus satisfacere potest operanti, siue operatio nocturna sit siue diurna. Nam cum sint beneuoli, quieti & tranquilli: frequentius

Digitized by Google

tius soliuagi sunt, quam in multitudine tumultuosi. Cum ergo volueris operari per eos, & mentis tuæ secretum alicui, quantumcumque absenti per ipsos intimare: sic facito. Scribe in chartam præparatam antea debito modo, sicut scis, quamcumque narrationem volueris, & in quacunque lingua; quia indifferens est: cum ille non ex charta, sed ex spiritibus mentem tuam perceptuus sit, quam scribens, vertes te ad subsolanum, qua perfecta dicas istam cõjurationem. 3. † *Padiel aporsy mesarpon omeuas peludyn malpreaxo. Condusen, vlearo therseph bayl merphon, paroys gebuly mailthomyon ilthear tamarson acrimy lon peatha Casmy Chertiel, medony reabdo, lasonti iaciel mal atri bulomeon abry pathulmon theoma pathormyn fac.* † Cum hæc verba compleueris, videbis duos vel ad minus vnum è Spiritibus placidissime præsentem & paratum obedire voluntati. Et huic committes secretum tuum, & fideliter perferet illud quo jussisti. Cum autem litteræ venerint ad eum cui mittuntur per nuncium, si solus est, bene, si cum aliis, secedat ad partem si potest, aut si non potest, versus ad subsolanum, dicat sub silentio istam conjurationem. 4. † *Padiel ariel vanethon chio tharson phymarto merphon amprisco ledabarym elsophroy mesarpon ameorsy, paneryn atle pachumgel thearan vtrul vt solubito beslonty las gomadyn triamy mefarnothy.* † His verbis rite dictis statim Spiritus missus apparebit reuelans ei perfectè nullo alio præcipiente quidquid illi commisisti reuelandum sine dolo & sine omni periculo. Nemo autem malicioſus & nequitiosus facile in hac arte poterit operari, sed quanto quis melior & purior fuerit, tanto ei Spiritus libentius & hilaritate majorio-

Digitized by Google

ri obediunt. Et quanto hanc scientiam vnusquisque magis occultauerit, tanto facilius operabitur. Et nota, quod iste Padiel cum Spiritibus suis est deputatus ad nuntiandum secretas auisationes pro correctione malefactorum, incarceratione, punitione, sicut subiecto demõstrauimus exemplo.

Capitis Secundi Commentarii.

1. *Padiel*) Hunc secundum Spiritum, seu disponendi Spiritus modum, vocat Trithemius פדיאל *Padielem* à radice פדה quæ est *redemit*, quasi amicum, beneficum, & redemptorem nominaret, quia jam difficultates omnes fuerunt victæ in Pamersiele Spiritu difficillimo, & ex iis quæ inibi fuerunt explicata, jam est aditus facilis ad ea quæ subsequuntur.

2. *Is habet*) Spirituum nocturnorum, & Diurnorum &c. cognitio est necessaria, vt cognoscatur à quo Spiritu teneatur aditus, & prima janua secreti, hoc est quænam sit prima secreti vox: sed de hoc late in hujus libri capite vltimo.

3. *Padiel*) Hæc operatio quæ est in linguâ mysticâ debet claui propria quæ est Beth aperiri, & aperta erit. *Cum Spiritus scribas incipe à fine epistola recurrendo (& in aliis omnibus fac secundum doctrinam traditam in capite antecedente, quia hac operatio à priori tantum in eo distinguitur quod à calce incipiat qua Pamersiel initiabat à capite)* ita vt omnia quæ hucusque dicta sunt veniant exercenda tantummodo ordine contrario.

4. *Padiel*) Quid debeat facere recipiens vt intelligat epistolam ad se demissam ex Claui secundâ Beth cognoscemus, quia semel aperta erit in hanc sententiam. Cognito charactere Palinodiæ quere *Initium secreti, & inde Spiritum recurre habebis.*

Intentionis secretum, quod non litteris sed Spiritibus secundæ mansionis committatur.

Vt hanc doctrinam illustriorem faciam venio ad praxin, & ipsius exemplar, iis enim vberius cognoscuntur regulæ quam doctrinâ, ponamus casum, quem posuit hic noster Trithemius. De-

Digitized by Google

latus est quispiam apud Principem, cui aliquod crimen inponitur Læsæ Majestatis, vel quodlibet aliud, vult eum puniri per suum officialem à quo longè disjungitur, sed ei scribere id ipsum non audet ne manifestatis litteris qualibet occasione, ad rei veniat notitiam, & sic fugiat, vel coadiunctis sibi amicorum viribus resistat, vel quidpiam contra leges auitas, aut Patrios mores sinistrum moliatur. Scribit Princeps hanc epistolam (vel quamcumque aliam) ad suum Præfectum, quam non vereatur ab omnibus legi, secretum vero committit Spiritui, eo modo quo diximus, qui fideliter narrabit secretum Præfecto, si is fuerit in hac arte institutus; litteras ergo vt possis imitari, considera.

PHILIPPVS COMES PALATINVS Bauariæ Dux &c. Præfecto meo S. P. D.

Sinceram charitatem, mitto & tibi Orationem pro deuotione pœnitentium satis pulchre conpositam, breuemque, quam integra mentis mea benevolentia in te, sola possidere non voluit, & est talis, vt sequitur. Humanum gènus libera Æterne Sàluator bonorum omnium. Indulgè Domine Iesu Christè reorum delicta, gemitusque nostros exaudi; mitigans tempestates ✠ vitiorùm renouansque conscientiæ vetustatem, ad perennem nos ✠ reducito Paradisum. Bone Iesu remitte nobis exoràntibus peccàta nostra, quoniam grauiter obsendimus & sæpe relapsi sùmus. Dulcissime Saluator infirmitates nostras sana, quæsumus. Benignus esto rogantibùs te Iesu pissime, & nos famulos tuos supplicantes exaudi. Homines sumus asçiduis miseriis inuoluti, maximisquè tempestatibus immersi. Erue nos, tribulatorum consolator victoriosissime ✠ quoniàm vita nostra adsiduâ infœlicitate sepulta çorrũmpitur. Miserere Iesu, Clementissime Sàluator: rèspiçè humilitatem te amàntium, & non permittas demergì nos exules in lutũm, & turpitudinèm viçiorum in âmòre sœculi. Hucusque tórpentes jàcuimus, vitiisque innodati nostram parui pendimus salutem, futurique examinis minime recordati sumus. Benignissime Creator esto propitius famulis tuis, & salua lachrymântes, quos decèpit miserrima vanitas mundi: viam (proh dolor) veritatis negleximus omnes, sed libera nos luto infixos, exulesque, quoniam Saluator noster tu es, qùi neminem despiçis, gaudium indeficiens, & sempiterna fœlitas

Digitized by Google

tas Sanctorum es, & spes nostra. Christianorum gloria, Angelorum lumen, remunerator inuictorum Martyrùm, Corona Virginum, honestas viduarum. Dulcis Iesu exaudi nos humiles clamantes ad te, libera nos de presenti exilio, concedens nobis gratiam, vt sine fine viuamus: viuificà quæsumus miseros seruos tuos exules, quos redemisti, vt zelum Iustitiæ verum consequamur. Conserua nos omnipotens Deus, Majestas infinita, misericordia circumscripta, æterna salus nobilium animorum. Amen. *Finis Orationis Philippi Comitis Palatini.*

ב. —— D.

Mox vbi Prætor uiderit Characteristicam ב. —— D. cognoscet per ב secretum commissum esse Spiritui Padieli, & legi debere Abecedario Subsolano, qui est hic.

Potestas. c d e f g h i j k l m n o p q r s
Character. A. B. C. D. E. F. G. H. I. J. K. L. M. N. O. P. Q.
t u v w x y z & æ œ ç ç ✠ a b
R. S. T. V. V. W. X. Y. Z. &. Æ. OE. ç. ç. ✠. vel 9.

Visâ lineolâ —— statim noscere deberet ipsius epistolæ Ministrum esse Ebram, cujus iter à rectum est: tandèm cognito vltimo signo D. perciperet initium secreti esse in quinta dictione à fine, quæ est *Finis* à qua si iis prænotatis litteras adcentibus, vel spiritibus indigitatas sumpsisset, educeret isthanc sententiam. *Qikkç aspç er qcaperm açmgçrrp Hçam✠cq Nçbej er bc✠cr ✠petg usl gpg.* quam Padiel explicabit si conuersus ad Subsolanum eandem legeris, vox enim erit hæc. *Summâ cura, & secreto capiatur Iacobus Padel, & debet breui capite punitri &c.* Quæ particulari artificio præerat in illa Oratione.

ALIVS MODVS.

Potest hac etiam fieri ista Conjuratione. *Padiel melion parme camiel busayr ilnoma venoga pamelochyn, titt.*

Eam ex claui tertia Beth hoc modo ad Latinum idioma ex Mystico transduco. *Initium (secreti) sit in meditatione (numeri in proprio loco determinati)* Vt sententiam percipias, adnotato ea, quæ dicturi sumus capite vltimo hujus primi libri Steganographici, videlicet à Principe Spiritu Meridiano (quem vocat Diurnum) vel Merino-

Digitized by Google

ctio (quem vocat Nocturnum) vel alio principium secreti in epistola determinari, quando igitur conmiseris secretum Padieli Meloni (qui non solum seruit Padieli, sed etiam aliis omnibus Steganographicis Spiritibus) sumas tantum dimidietatem numeri debiti ex tabula. Exemplo declaretur. In fine epistolæ reperio hos characteres ב ס D ✠, & ex iis statim colligo secretum Spiritui Padielio hoc est Alphabeto subsolano debere legi, ס anabasicus hoc est adscendendo, cumque D sit index initii, & sit character Spiritus Vespertini, sub quo vt constat ex tabulâ sunt decem colligere necessarium fuit decimam dictionem esse primam lectionis Steganographicæ, cumque sequatur ✠ Padiel melion hoc est פדיאל מולין *Padiel circuncisus, vel diminutus.* numerum 10. circuncidere & diminuere necessarium est iuxta regulam superius præfixam hoc est bipartiendo, & sic concludam quod D ✠ significat quintâ dictione aditum esse, secretique desiderati principium. Subponamus exemplum ex Trithemio in hujus capitis commentariis. Sit secretum quod ante.

PHILIPPVS DEI GRATIA COMES Palatinus, Bauariæ Dux &c. Prætori Spanheimensi. S.

QVam pio, & sedulo modo pestiferam, quæ nunc propter nostra peccata vexamur infirmitatem, ex civitate illiminuisti commendant omnes, & ego maximopere laudo, et tempore suo retribuam libentissime citra condignum, sed quoniam nondum Germania est libera, nondum nos possumus judicare securos, sicque cura maxima laborem inceptum continua, sine intermissione Deum exorans, vt cesset iam flagellum iræ suæ; experti sumus in hac Oratione virtutem maximam, vtque cognoscas nihil unquam negari pio, et sincero animo justa roganti, ipsam tibi ✠ remitto, vt civibus omnibus communem facias: est Hæc. Humanæ salutis Amator, vniuersorum Creator maximus nobis indiyit obedientiam mandatorum, cui omnes tenemur obedire ex amore, præmium vero abedientibus promisit sempiternæ ✠ felicitatis tabernaculum possidere; Christi obedientiam inspiciamus, quam imitari curemus, vt ad æternam fœlicitatem nobis promissam, ingredi mereamur, angelorumque consotiari mansionibus sempiternis. ✠ Agamus pœnitentiam dum possumus, tempus pretiosum expendentes

Digitized by Google

dentes fructuose. çàueamus nē inpàratós mors ràpiat, quæ concèdere moram alicui recusat: ideoque fratres ágere pœnitentiâm non tardetis, velóçiter enim ad vos veniet, quâm nemo vestrúm diu euadere potest. Dies ergo vestros tránseuntes cònspicite, pœnitentiam inchoantes, quando tempus habetis. Adpropìnquat horâ decedendi hinc. ò mors rerum terribilium, terribilissima, qùam velocitér peste soçiata nos consumis, incolatumque nostrum breuissimum, multis injurriis plenum, miseris fácis esse crudelem! Euigilemus miserí, çhristo Iesu Saluatore nostro piissimo nos exhortante, & còntante, vt turpes negligentias arguamus, & bonis operibus justitiæ vias sollicitæ cùstodiamus. Ame Redemptor Generis humani exaudi nós veniamqùe nobis tribue peccatorum. O Pater misericordiæ sis nobis propitius in omnibus aduersitatibus nostris. Sana Domine infirmas animas nostras, quòniam tui sumus, præsta nobis adflictis vermiculis salutem optatam in hac vità, & in alia requiem sempiternæ fœlicitatis, quatenus te semper-adspiciendo laudemus. Amen. *Ioannes Trithemius Spanheimensis conposuit. Philippus Palatinatus Comes Dei pacandi causâ publicabat.*

ב —— C ✠.

Ex subscriptâ notâ characteristicâ potuit dictus Prætor cognoscere spiritum ב Padielem esse secreti tabellarium, & initium secreti esse in dictione C ✠ hæc est media Spirituum Matutinorum & cùm hi sint (vt ex propriâ tabulâ constat) centum erit illa dictio quinquagesima numerando à fine, quia in Padiele motus omnis est a fine, quæ erit in Periodo *O Pater misericordiæ*, illud *ô*. à quo initium faciens inuenies hanc mysticam sententiam: *Qskkç aspç cr qcapcrm açmgçrsp, Hçam✠iq Nçbcj cr bc✠cr ✠cr ✠pctg usgpg.* quæ vt priùs per spiritum Subsolanum animata, erit *Summa cura et secretò capiatur Iacobus Pedel, et debet breui capite puniri.*

Doctrina hæc omnis per se est dillucida, & non est necessarium prolixioribus exemplis illustrasse, omnia enim quæ hic addi possunt ex capite antecedenti veniunt intelligenda.

Post hunc immediatè sequitur Abecedarius Subsolaneurus, qui licet obmittatur a Trithemio hic, non fuit obmissus ab antiquis (sicut nec alii quos etiam author iste pertransit) constat mihi ex Agellio lib. 17. c. 9. qui docet hujus Abecedarii ambages in epistolis Caji Cæsaris, ad C. Oppium, & ad Balbum Cornelium reperiri, quarta enim littera sumebatur pro primâ, quinta pro secunda, quod duobus potest modis intelligi vel scriptam A legebamus vt D, vel scri-

Digitized by Google

ptam D efferebamus & pronuntiabamus vt A: si illo primo fiedat modo, vtebantur Abecedario Subsolano Euro: si secundo quod magis videtur adrisisse Petræ Sanctæ libro de Symbolis Heroicis quarto, Abecedarius Caji Cæsaris erat Boreo Vulturnus, à priori diuersus, vt consideranti circulum grammaticæ reuolutionis Tamyræum in initio positum, constabit.

CAPVT III.

CVIVS PRINCEPS CAMVEL HABENS sub se Spiritus præsidentes diurnis operationibus 10. & nocturnis 10. cum subseruitoribus multis quorum officium est mittentis nuntiare aduentum, Vias & Iter.

TErtiæ mansionis ad Eurum primus & supremus omnium Spiritus vocatur 1. Camuel, valde beneuolus & promptus ad mittendum suos substitutos ad eum qui in hac scientia secundum formam debitam operatur. Paucos quidem habet ministros, sed omnes bonos, voluntarios & fideles, videlicet decem, qui præsunt diei, & totidem qui præsunt nocti, qui semper bini & bini mittuntur ad operantem ex vtroque ordine, cum hi qui præsunt diei, non fugiunt tenebras, nec illi qui præsunt nocti, lucem. Semper vbi necessitas expostulat in omni commissione operantis alter iuuatur ab altero: & quando apparent visibiles, tunc vnus cernitur in habitu pulchro mixti coloris, & alius in forma lucidi splendoris astare consueuit. Sepe tamen apparent solo effectu sensibili quidem, sed non videtur nisi cum ita placuerit operanti. Iste verò Camuel cum ministris & subseruitoribus suis auctoritatem habet atque virtu-

Digitized by Google

Virtutem nuntiandi absenti amico statum, voluntatem, conditionem, viam itinera aduentum, & recessum mittentis, quando voluerit ipse qui operatur in hac arte. Cum ergo volueris operarisque pro tua voluntate per angelos hujus mansionis: oportet te scire inprimis, qui sint decem angeli Camuelis qui præsunt diei & quot quilibet eorum habeat substitutos, & ita similiter de nocturnis: quod vt scias perfecte: præsentem tabulam considerabis.

Tabula Spirituum Ministrorum (qui pro Diurnis, Nocturnisque substitui possunt) ordinem, characteres, numerum, nomenclaturasque complectens.

Orpéniel.	F.	51.	Matutini.	Diurni.	Nocturni,	Vespertini.	*Afiniel.*	Q.	52.
Camyel.	G.	1150.					*Calymi.*	R.	1151.
Budiel.	H.	556.					*Dubiel.*	S.	556.
Elcar.	I.	150.					*Nodar*	T.	500.
Citgara.	K.	101.					*Phuniel.*	V.	56.
Pariel.	L.	51.	Meridiani.			Meri noctii.	*Meras.*	X.	1000.
Cariel.	M.	151.					*Azimo.*	Z.	1001.
Neriel.	N.	55.					*Tediel.*	Y.	552.
Daniel.	O.	551.					*Moriel.*	ϑ.	1051.
Omyel.	P.	1050.					*Tagaros.*	Ϡ.	0.

Hic habes in tabula 10. angelos Camuelis qui præsunt diei cum substitutis suis in numero, & totidem qui presunt nocti, cum suis quoque subseruientibus. Vltimus autem (sicut cernis) nullum habet substitutum, quoniam. o. (sicut nosti) nihil omninò significat in numero. Cum ergo volueris per istos angelos operari, præpara chartam tuam, sicut moris est; & versus ad Eurum scribe quamcumque narrationem

Digitized by Google

rationem, & in quacunque lingua volueris, quæ non sit necesse occultari: qua perfecta, legas sequentem coniurationem tacite. 3. * *Camuel aperoys, melym meuomanial, casmoyn cralty busaco aeli lumar photirion theor besamys, aneal Cabelonyr thiamo vesontby xagdeps.* * Completa hac coniuratione sub silentio, fac commissionem tuam spiritibus, qui præstò sunt, quemadmodum nosti; & emitte eos, omnia sub silentiò & extra tumultum, si fieri potest, operans, postea da litteras cui volueris nuncio perferendas, apertas vt libet, & vadat, quia Spiritus non negligent officium suum, siue cito veniat nuntius, siue tarde, de quo nullum sit tibi dubium, quia fideles sunt. Oportet autem vt scias, quem Spiritum mittere velis ex prædictis, quatenus in coniuratione nomen eius statim, post principalem exprimas, & hoc in omnibus operationibus, in quibus angelorum mittendorum nomina in ipso capitulo ponuntur. Sed iam ponamus dictorum à nobis similitudinem super his, quæ pertinent ad officium Camuelis & spirituum eius subiectorum.

Capitis Tertii Commentarii.

1. *Camuel*) קוּם אֵל *Princeps loquendi*, vel potius קָם עֵל *Surgens sursum* hanc sibi nomenclaturam sumens ab officio, hocenim Spiritu lectio secreta non procedit, nec recurrit, sed adscendit, vnde à Cabalistis Græcè Anabasicus cognomnatur.

2. *Tabula*) Hæc tabula, sicut & aliæ in aliis capitibus ponendæ, prima dictionem secreti indigitat, nomina, posita per adpropriationem ad numerum significandum *Orpheuiel* habet I & L & ideo habet subditos 51. *Camyel* 1150. & sic in reliquis, sic disponendos esse horum Spirituum subditos, ita vt pro nominis numero debeant determinari constat ex vltimo Tabulæ, qui ex Tagaros, & nullum nume-

Digitized by Google

numerum conprehendit, & ideo de illo dixit noster Trithemius hoc capite in medio. Vltimus autem (sicut cernis nullum habet substitutum, quoniam, o. sicut nosti) nihil omnino significat in numero.

3. *Camuel*) Glausa equidem sententia est, aperienda tamen Claui Gimel priore, & quando fuerit reserata radio Spiritus isthujus Camuelis conspicientur introrsùm excissæ istæ litteræ clarè & expressè Latino sermone procedentes: *Scribe sex (dictiones) in singulis (canonibus) et per priorem columnam (incipiendo) adscendat Spiritus (usque ad finem. post transcribe consecutiue vt confundatur artificium.)* Sic intelligo. Quicumque velit huic Spiritui Camuelio, qui ad Eurum pertinet, secretum suum conmittere necessarium est vt faciat hac ratione. Scribat in carta epistolam quamlibet ad placitum pro vt voluerit, hanc tantum modo legem sequutus, vt in singulis canonibus senas voces scribat, quia iste est numerus, quo semper vtuntur Cabalistæ, ita vt dictiones primæ sint in aliâ columnâ, & secundæ canonum in aliâ. Tunc à priore dictione vltimi canonis adscendendo debemus quærere πύλην seu portam (quæ est secreti prima dictio) & hanc ex numero πυλῶνων (sic enim Græci dicuntur custodes aditus) de quibus in vltimo capite hujus libri, & ex hac dictione anabasin progredi vsque ad finem secreti. Ponamus ergo exemplum.

Mentis meæ intentio secretissima, quam per Spiritus prædictos velim scire absentem.

Sum Romæ positus, intelligo ex consilio Secretissimo Summi Pontificis Romanum Imperium ipsum velle transferre ad Francos, cupio scribere de hac re Principibus Germaniæ, per nuntios nequeo, quia iis non confido; maximè cum sint in finibus Italiæ deputati a Summo Pontifice, qui scrutantur transeuntes exactissime. Scribo ergo hanc deuotam Orationem, quam mitto per Nuntium apertam, cum aliis familiaribus litteris clausis ad eosdem Principes, Conpelloque Spiritus tertiæ mansionis, & præcipio eis, vt litteras mittendas sequantur, & cum à recipiente vocati fuerint reuelare ei non obmittam secretam intentionem meam, quam litteris conmendare non audebam. Veniunt, vadunt, obediunt. Sit igitur Oratio hæc.

Digitized by Google

Ad Dominum Nostrum Iesum Christum
ORATIO.

Omnes — morimur, — quoniam — omnes — hæreditariũ reatum
originalis — noxæ — cóntraximus nemoque — viuit — nôn
moriturus — in — breuissimo — tempore: — cõtraximus delictum
originale — in — Adam — êt — eua: — Morîmur
autem — morte — corpòris — ômnes — homines — propter
temeritatem Matrîs — ôeuæ — miserabilẽ . Mortem — vêro
animæ — vîctor — mortis — Iesus — nos — liberándô
fugauit — O — Iesu — Christe — crucifixe, — respice
humilitatem nostram — quóniam — misereri — sumus, — infœlices,
multisque — tribulationibus vexamur Ergo — clemẽtissime Deus
Côelorũm Rex, — petimus — còncede — nòbis — contritionẽ,
veniamquè — omnium — peccatorum propter — humilitatẽ tuam
eximiam — qua — redemisti — nos — de — inferni
ôerumnosis tenebris — noxiisquè — passionibus . O — beatitudo
nostrâ — Iesu — clemẽtissime O — dulcissíme — amator
Innocentiæ, quid — retribuam — tibi ? — tu — sanctus
& — innocens — pro — nobis — pateris . — Quo
fugiemus — cum — veneris — ad — râtiónis — examen?
venies — cum — potestate — reddere — mercedem — vnicuique
secundum conscientiã suam — eruntque — tibi — nuda
omnia — nec — tè — aliqui — lacebit, — cujus
nón — habeas — notitiâm — ergõ — viuentes — agite
Frâtres — pœnitentiã, districtumq, Dei — ómnipotẽtis examen
operibùs — misericôrdię præuenire. — Tergite — fletibus — crimina,
& — pauperum — lábores — subleuantes, Deumquè — vobis
efficite — placàbilem — amquê — benignus — est — inuocãtibus
eum. — ergo — dum — tempus — est; — quærite
misericordiã ejus. — sempèr, — semperquè — gratias: — agite
ei — qui — redemit — vos — Iesus — Christus
crucifixus — pro — hominum — salute — timentium — Dominum.
— X — F.

Siquidem posui characterem X Cannelis, necessarium est ab augulo *Crucifixus* adscendere, & percurrendo ministros Orpenielis deuenire ad ipsum qui cum vltimo sedet in dictione LI, quæ est,

Digitized by Google

est, *Tribulationibus* in secundâ columnâ, hæc enim est πόλη, cujus Orpeniel est Pylorus, & custos.

Cognitâ ergo Pyla, & initio feci eti. Hoc linguâ Latinâ (aut aliâ) scribe, sic. *Pontifex curat Romanum Imperium transferre ad Gallos*. Hanc orationem peto ab Euro (cujus articulatio est hæc,

Potestas.	e	f	g	h	i	j	k	l	m	n	o	p	q	r	s	t u
Character.	A.	B.	C.	D.	E.	F.	G.	H.	I.	J.	K.	L.	M.	N.	O.	P. Q.
	v	w	x	y	z	&	æ	œ	ç	ç	✠	✠	b	c	d	
	R.	S.	T.	U.	V.	W.	X.	Y.	Z.	&.	Æ.	OE.	ç.	ç.	✠.	vel 9.

Vt videre est in sphœrâ vocali initio positâ (& ipse in linguâ Mysticâ cantabit dicens. *Lkipebat çqnap Nkiajqi Milanmqi pnæjobanm æ✠ Cæbko*. Hanc sententia à dictione *Tribulationibus* spirito, vt vides in Oratione posita.

Postquam spiritaueris necessarias litteras transcribe epistolam in alia charta scribendo in singulis ermonibus dictiones, quæ longitudo lineæ excipiat ita vt dictiones nec remaneant constituentes columnas, nec aliquomodo perpendiculares vt conspicis.

Eadem Oratio sublatâ dictionum distributione Cabalisticâ.

OMnes morimur quoniam omnes hæreditarium reatum originalis noxæ contraximus : nemoque viuit nôn moriturus in breuissimo tempore : contraximus delictum originale in Adam & eua : Morîmur autem morte corpòris ômnes homines propter temeritatem Matrîs ôeuæ miserabilem. Mortem vêro animæ victor mortis Iesus nos liberándô fugauit. O Iesu Christe crucifixe, respìce humilitatem nostram quómiam mîseri sumus, infœlices, multisque tribúlationibus vexamur. Ergo clementissime Deus Côelorüm Rex, petimus, còncede nòbis contritionem, veniamqué omnium peccatorum propter humilitatem tuam eximiam, qua redemisti nos de Inferni ôerumno+sis tenebris noxiisqùe passionibus. O beatitudo no:trâ Iesu clementissime, O dulcisśime amator innocentiæ, quid retribuam tibi? tu sánctus & innocens pro nobis pateris. Quo fugiemus cum veneris ad râtiónis examen? Venies cum potestate reddere mercedem vnicuique secundum conscientiam suam eruntque tibi nudâ omniâ, nec tè aliquid lâtebit, cujus nôn habeâs notitiâm. Ergo viuentes agite Frâtres pœnitentiam, districtumque Deî ómnipotentis exâmen operibus misericordiæ præ-

Digitized by Google

venite. Tergite fletibus crimina, & pauperum labores subleuantes, Deumque vobis efficite placabilem, namque benignus est inuocantibus eum. Ergo dum tempus est, quærite misericordiam ejus. Semper, semperque gratias agite ei qui redemit vos Iesus Christus crucifixus pro hominum salute timentium Dominum.

ϟ ——— F.

Spiritatum sic secretum præsentiâ Camuelis remanet adeò securum vt mortalium nullus sine hac arte possit explicare. Qui autem receperit similem epistolam cum videlicet Gimel characteristicam Camuelis eudiat Spiritum dicentem.

+Camuel Busarcha menaton enatiel meran sayr abasremon, naculi pesarum nadru lasmon enoti chamabet usear lesponty abrulmy pensayr thubarym gonayr asmon friacha rynon otry bamerson bucurmy pedauellon, aperiat mẽtem suam, & oculos suos claui secunda Gimel & videbit spirituali metamorphosi has litteras conuerti in subsequentes. *Charactere (Camuelis) transcribe epistolam cum spiritibus modo Cabalistico (quære initium secreti ex arte) & lege (litteras conuersus) ad Eurum (& statim quæsita intelligentia erit visibilis.)*

In exemplo præterito character erat ϟ ——— F. ex F. Orpeniele colligo πόλην esse in dictione 51. quæ est *Tribulationibus*, inde incipio colligere litteras spiritatas, & reperio hanc Mysticam propositionem. *Lkjpebat cqnæp Nkiæjqi Milaumqi pnæjobanna æ✠ Cæbko.* conuertere ad Eurum, & statim erit visibilis is Latinus Spiritus; *Pontifex curat Romanum Imperium transferre ad Gallos,* quod erat secretò denuntiandum.

Similis est huic alia epistola, quam ponit etiam noster Trithemius in hunc modum.

Gualterio suo S.

LAtor præsentium Frater Arnoldus Bostius qui composuit admiranda volumina de vâriis rebus, vt in libro nostro tibi dudum transmisso inter alia multa qui prônotant de Ecclesiasticis Scriptoribus reperies scriptum in fine vbi fit mentio viuentium. Hunc tan-

Digitized by Google

tantum virum Rêligionê & artium venustate notabilem tuæ sincèritati chârissime fautor conmendo, & plurimum rogò, quâtênus recipias ipsum ea qua omnes in amicitîa nobis conjunctos subcipere familiaritate consueuisti. Reser†abit tibi arcana multa naturæ, teqne cònuersatióne dulcissima oblectare poterit. si volueris. Meum de Magicis experîmêntis codicem puem habes mihi oro quantôcy†us curato remittere. Volumen Synessii de virtute Spirituum mîttâm tibi môx cum mihi experimenta mea remiseris. Curâ te ipsum vt valêas. Mihique sæpe rescribito. Dâtæ in Spanheîm sexto Iduum Martii Anno Dominicæ incarnatiónis millesimo quingentesimo, Tuus in Christo àmicùs Ioannes Trithemius.

ℵ. ſ. Q. ✠.

Recipit Gualterius cognoscit characterem ℵ ſ Q ✠ & ex Gimel certo cognoscens litteras animari Spiritu Camuelio vt, qui erat cœcus, & mutus, colloquatur, transcribit integrã epistolam secundum senarios Cabalæos, seruatis (vbicumque obcurrant) Spirituum minutias seu conspicis.

Eadem Epistola sub forma gratiore ipsi Spiritui responsuro transmissa.

Lator	— præsentium	Frater	— Arnoldus	— Bostius	—	qùi	
conposuit	— admiranda	— volúmin†a	— de	— vâriis	—	rebus,	
vt	— in	— libro	— nostro	— tibi	—	dudum	
transmisso	— inter	— alia	— multa	— qui	—	prôenotant	
de	— Ecclesiasticis	scriptoribus	— réperies	— scriptum	—	in	
fine	— vbi	— fit	— mentio	— viuéntium	—	Hunc	
tantum	— virum	— rêligionê	— &	— artium	—	venústate	
notabilem	— tuæ	— sincèritati	— chârissime	— fautor	—	commendo	
&	— plurimum	— rogò	— quâtênus	— recipias	—	ipsum	
ea	— qua	— omnes	— in	— amicitîa	—	nobis	
conjunctos	subcipere	— familiaritate	consueuisti	— Reser†abit	—	tibi	
arcana	— multa	— naturæ	— teque	— cònuersatióne		dulcissima	
oblectare	— poterit	— si	— volueris	— Meum	—	de	
Magicis	— experîmêntis	codicem	— quem	— habes	—	mihi	
oro	— quantôcy†us	curato	— remittere	— volumen	—	Synessii	
de	— virtute	— Spirituum	— mîttâm	— tibi	—	môx	
cum	— mihi	— experimenta	mea	— remiseris	—	Curâ	
te	— ipsum	— vt	— valêas	— Mihique	—	sæpe	
rescribito	— Dâtæ	— in	— Spanheîm	— sexto	—	Iduum	
Martii	— anno	— Dominicæ	— incarnatiónis	millesimo		quingetesimo	
Tuus	— in	— Christo	— àmicùs	— Ioannes	—	Trithemius.	

ℵ. ſ. Q. ✠.

Trans-

Digitized by Google

Transcriptâ sic epistola debuit Gualterius quærere aditum secreti Q primam dictionem cujus Pylori sunt Camuel & Padiel Melion vt notat character Q ✠. sicque locabuntur in legionis mediâ dictione, videlicet in vigesimâ sextâ, quæ est *Mihi* in secundâ columna, indeque incipiens colligere omnes litteras spiritatas, ex quibus coalescit hæc sententia.

O✠jegc eem✠zk non jeia ae apkn✠ ibjna ao æqa. Legit versus Eurum & adhuc recusans Spiritus apparere visibilis clamabat Camuel dicens. *Sdnikgiii dæo, rij nime eae tord mtnreesaue.* cumque adhuc secretum explicare noluerit comendatum efficit quadrum (quia quadro cohibent Cabalistæ Spiritus non circulo) & dicit sic.

S D N I K G		
I I I D Æ O		
R S J N I M	ſ	עברועלחך
E E A E T O		Abrulches.
R D M L N R		
E E S A V E		

His venit Abrulches Spiritus Anabasicus, qui subscripserat epistolæ charactere suo ſ, & a fine legens sursum versus articulauit sic. *Ero Moguntia kalendis Maji, ne desidereris.* Hunc cognouit Gualterius Trithemii mentem longe esse diuersam ab scripturâ exteriori, & non curare de experimentis magicis, sibique dictum intellexit illud, quod quondam Vlyssi (Ouid. epist. Heroidum I.)

Nil mihi rescribas, attamen ipse veni.

CAPVT IV.

CVIVS PRINCEPS ASELIEL MORAtur ad Euro-Austrum, habens sub se 30. principales substitutos cum seruitoribus eorum.

QVartam mansionem ab Oriente in Euro-austro tenet magnus Princeps 1. Aseliel cum Spiritibus suis, quorum decem præsunt operationibus in hac arte diurnis,

&20.

Digitized by Google

& 26. nocturnis. Habent autem hi 30. tanquam principales sub se, & totidem alios quos mittunt per ordinem ad officia sua, cum fuerint per operantem debito modo vocati. Rursus sub istis iterum sunt alij, quorum magnus est numerus. Tu autem cum volueris per Principem huius mansionis in Steganographia operari, non opus est omnes subiectos ei spiritus aduocare, sed sufficit tibi vnus aut duo, siue operatio sit nocturna siue diurna. Dicam ergo tibi paucorum nomina, cum numero subseruientium eis. Ex quibus semper 2. vnum aut duos quos volueris, nec pluribus indiges, nisi operatio pro diuersis. Hæc est tabula.

Tabula Ministrorum Euro-austrici Aselielis, cum subditorum numero, atque legionis charactere.

Mariel.	F.	1051.	Matutini.	Diurni Pylóri.	*Asphuriel.*	O.	56.	Vespertini.	Nocturni Pylóri.
Charas	G.	100.			*Coriel.*	P.	151.		
Parniel.	H.	51.			*Chamos.*	Q.	1100.		
Aratyel.	I.	50.			*Odiel.*	R.	551.		
Cubiel.	K.	156.	Meridiani.		*Melas.*	S.	1050.	Meridiocti.	
Anuel.	L.	55.			*Saliel.*	T.	101		
Asabel.	M.	50			*Odthuel.*	V.	550.		
Arean.	N.	0.			*Basar.*	X.	00.		

Habes iam ecce sedecim Principes ex majoribus, qui sunt sub Asiel magno, quorum octo præsunt diei, & octo præsunt nocti, & quilibet ex eis habet subiectos famulos, quos mittunt ad officia sua, quotiens necessarium fuerit. Principes omnes boni sunt & ad obediendum beneuoli atque promptissimi: sed famuli eorum non omnes, quoniam

Digitized by Google

niam superbi & implacabiles aliquando sunt, maxime ad eos quos considerant in arte minus esse perfectos. Isti vero sedecim Principes cum subditis suis ad omnia nuncianda tibi sufficiunt, nec opus est, te plures vel nosse vel aduocare. Cum autem volueris operari in Steganographia per Asielem, pro præmissis in arte consuetis obserua locum mansionis eius, qui est in Euro-austro, & voca vnum ex spiritibus supradictis pro tempore suo, quemcumque volueris. Hæc est coniuratio. 4. † *Asfeliel aproysy, melym, thulnear casmoyn, maueas bursor, charny demorohaon, theoma asmeryn diuiel, casponti vearly basamys, arnoti chaua lorson.* † Completis ex more coniurationibus subiunge cætera quæ sunt ex more in arte facienda, & consequetur effectus operationis tuæ certissimus. Ponamus exemplum.

Fingamus mentis tuæ arcanum. Habes amicam in cuius amore detineris, nec minus ipsa: sed accedere aut alloqui non potes eam propter custodiam suorum. Inuenisti tandē consilium quo ipsa potiri valeas, sed eam est auisare etiam prius necesse: per te non potes, litteris non audes ne in manus aliorum deueniant: nuntijs aut vetulis rem nō decernis committendam, ne te postea reddant notum. Rem ergo arte per tempus occulta, quam fieri palam non posse confidis. Vocas ministros artis inuisibiles, scribis litteras in nullo suspectas, ipsasque mittis ad amicam etiam per ipsos custodes, laudant scriptum, præbent amicæ legendum: illa signum recognoscens nuncium aduocat occultū, audit consilium, remandat consensum: accedis, intras potiris.

Mors Iesu Christi gentes viui glorificabit cùjus vita innocenter adflicta liberauit nos ab omni calamitate. Ergo

Digitized by Google

bonoremus humilitatem eius in nobis resistendo tentationibus vitiorum instandoque in felicitate bonorum operum. Christus Iesus fauet animabus nostris. Gratias dicamus æternos nostro Redemptori piissimo, quoniam reduxit ad tutas exubias cuius nomen cum feruore laudemus omni tempore: praeoccupantes faciem sanctissimam ejus nostris orationibus. Viuemus virtuose in amore rectitudinis obijcientes tumultum mundanum negotiorum justitiae normam sequamur: vitiis noxiis resistamus deuotissime, lachrymisque negligentias abluamus in maxima solicitudine memores futuri judicii cujus inaestimabilis horror inferni poenis nequaquam inferior.

I

Cum has similesue acceperit litteras is cui mittuntur in arte peritus 5. faciat quod nouit secundum eius instituta faciendum, vertatque se ad aspectum Euro-Austri. Cujus hoc signum ⁊ & legat contestationem Spirituum, quæ est talis. † *Aseliel murnea casmodym bularcha vadusyn aty belron diuiel arsephontisi panormys orleuo cadon Venoti basramyn.* † His contestatis continuet operationem artis, & audiet secretum mittentis.

Capitis Quarti Commentarii.

1. *Aseliel*) Simillimus Spiritui Camueli est Aseliel, vterque enim est anabasicus, & solum differunt in loco, quod ille Spiritus sinister est & iste dexter, ille à pede sinistro erigitur, hic nobiliore cursu dirigitur à dextero, vt postea clarius manifestabitur.

2. *Vnum aut duos*) Plures simul posse sumi Pylóros, hoc est aditus, intuique secreti indices docet hic author, quia sicut G. denotat Pylorum esse Spiritum Charan Pylamque esse centesimam dictionem, si illi Padiel Melionius adjungatur Pyla erit in medio legionis

Digitized by Google

gintis hoc est in dictione quinquagesima. Si vero illius Pylorum Aseliolius sit comesputa Parniel, vt conspicitur in hoc charactere GH. Pyla erit in dictione 151: si jungantur tres Pylori vt K L M. notant Pylam esse in dictione 111. si accedat etiam etiam ✝, sic KLM✝ constituet Pylam in dictione 56. hoc est huius nominis 111. media, & sic in reliquis.

3. *Tabula*) Sicut ex nomenclaturis Pylorum in capite præcedenti colligit Trithemius numerum πανωφελῶν, sic similiter in hoc capite, & omnibus qui subsequuntur, ideoque vicinus nihil de tabulis nisi fuerit maxime singulare disseremus.

4. *Aseliel*) Hoc est regula operationis linguâ mystica decantata, aperiatur ex ϒ prima, & orietur visibilis ista sententia. (*Omnia fac*) *vt antea, sed solum a calce dextero* (*cordium sumas & sic superuectus ab Aseliele superfum*) *euolabis.*

5. *Faciat quod nouit*) Hoc est transcribere forma Cabalisticâ Spiritibus hexalexica sic.

Eadem epistola methodo scripta Cabalcâ, vt Spiritus ligatus in eu commodius adloquatur.

Mors	Iesu	Christi	gentês	viui	glorificabit
cùjus	vita	innocenter	adflicta	liberauit	nos
ab	ômni	calamitatè	Ergo	honoremus	humilitatè
ejus	in	nobis	resistendo	tentatiônibus	vitiorum
instandoque	in	felicitate	bonorum	operum	Christùs
Iesus	fauet	animabus	nostris	Grâçias	dicamus
æternas	nostrô	Redemptori	piissimò	quoniam	rêdùxit
ad	tutas	êxubias	çùjus	nomen	cum
feruore	laudemus	omni	tempore	praeoccupâtês	faciém
sanctissimam	êjus	nôstris	orationibus:	viuamus	virtuosè
in	amore	rectitudinis	abjicientes	tumultum	mundaliũ
negotiorum	justitiae	normam	sequamur	vitiis	noxiis
resistamus	deuotissimê	lachrymisq;	negligentias	abluamus	in
maxima	solicitudinê	memores	futuri	judicii	cujus
inæstimabilis	hortor	inferni	poenis	nequaquam	inferior.

Ex

Digitized by Google

Ex charactere I litteras recipiens statim cognouit Pylam in dictione quinquagesima existere numerando supersum à calce *Inferior* dextero, quæ facta subputatione est. *Restitudinis* in columna quarta sinistrorsum. Hinc exordium sumens reperit istam sententiam. *Hç æfœœçç œœacœofœg, œfœcm dœg bœaçi æfœpçm bil œo*

Audit Spiritum Aselielem musitantem & statim articulationes percipit esse has.

Potestas. g h i j k l m n o p q r s t u v w x y z
Character. A B C D E F G H I J K L M N O P Q R S T
& æ œ ç ç ✠ a b c d e f
U V W X Y Z & Æ OE ç ç ✠ vel 9.

Sicque sententiam repertam committat Asieli vt legat, & ipse vtpote doctissimus in lingua mystica efferet sic. *Ne elande cubiculum, alias jam habeo clanes: Horâ I.*

Hinc obiter notatum esse velim characteres duplices æ œ & similes qui in pungendo disjunguntur, in extrahendo colligendos esse, sed sufficiat adnotasse, etenim in hoc etiam mysterio Steganographico aliqua pars splendoris arcani reperitur.

Hi sanè modi Anabasici melius in carmine quam in prosâ possunt exerceri, quia metricõs Camuel adscendit per primas dictiones carminis, post per secundas, deinde per tertias, & è contrario adcendit primariò per vltimas, secundario per penultimas, tertiò per antepenultimas &c. vt videre est in his exemplis subsecutis.

Ouidius Naso Paullo suo S.

Trist. l. 3. Eleg. 4.

Numeros proposui vt modũ cursus anabasici à Pyla indigitarẽ, sed qui mittit, debet sine numeris carmina cartis commendare, vt secretũ maneat securissimũ.

53 *O mihi cárê quidem semp'êr sed tempore duro*
52 *Cognite, rés postquam pròcùbûere meæ.*
51 *Vsibus edoctô si quidquam crêdis amico,*
50 *Viue tibi, & longè nominà magna fuge.*
49 *Viue tibi quantumque potes, prælustria vita,*
48 *Sœuum prælustri fulmen ab arce venit.*
47 *Nam quàmquàm soli pòssunt prodesse potentes,*
46 *Non prôsit pôtius si quis obesse potes.*
45 *Effugit hybernàs demissa antenna procellas,*

Digitized by Google

44 Lataque plus paruis vela timoris habet.
43 Adspicis vt summa cortex leuis innatet vnda,
42 Cum graue nexa simul retia mergat onus.
41 Hæc ego si monitôr, mônitus prius ipse fuissem,
40 In qua debebam forsitan úrbe forem.
39 Dum tecum vixi, dum mé leuis aura ferebat,
38 Hæc me a pèr placidas cymba cucurrit aquas.
37 Qui cadit in plâno (vix hoc tamen euenit ipsum)
36 Sic cadat vt tacta surgere possit humo
35 At miser Elpenor técto delapsus ab alto,
34 Obscuri Régi flebilis vmbra suo.
33 Quid fuit vt tutas agitaret Dædalus alas,
32 Icarus inmènsas nomine signet aquas.
31 Nempe quod hic alte, demissius ille volabat;
30 Nam pennâs ambo non habúérê suas.
29 Crede mihi, bene qui latuit, bene vixit, & intra
28 Fortunam debet quisque mánére suam.
27 Non foret Eumedes orbus, si filius ejus
26 Stultus Achillêos non adàmasset equòs.
25 Néc natúm in flamma vidisset, in arbore natas,
24 Cepisset genitor si Phaetonta Merôps.
23 Tu quoque formida nimium sublimia semper
22 Propositique precor contràhe vela tui.
21 Nam pede inoffenso spatium decùrrere vitæ
20 Dignus es, & fato càndidióre frui.
19 Quæ pro te vt voueam miti pietâte mereris,
18 Hæsuraque mi:i tempus in omne fide.
17 Vidi ego te tali vultu mèa fata gemêntem,
16 Qualem crèdibilé est ôrè fuisse mêo.

Nostra

Digitized by Google

15 Nostra tuas vidi lachrymas super ora cadentes,
14 Tempore quas vno fidaque verba bibi.
13 Nunc quoque semotum studiô defendis amicum,
12 Et mala vix vlla parte leuanda leuas.
11 Viue sine inuidia, mollésque inglorius annos
10 Exige, 88 âmicitias & tibî jùnge pares.
9 Nasonisque 87 tui, quôd ádhuc non exulat ùnum
8 Nomen 86 ama, Scythicùs cætera Pontus habet.
7 Proxima 85 syderibus tellus Erîmàntidos vrsæ
6 Me 84 tenet, ádstricto terra perústà gelu.
5 Bosphorus, 83 & Tanais superánt, Scithycæque paludes
4 Vix 82 satis noti nomînâ pauca loci.
3 Vlterius 81 nihil est, nisi non habitabile frigûs,
2 Heu 80 quâm vicina est vltima têrra mihi.
1 At 79 longe patria est, longê cárissima conjux
78 Quidqûid & hæc nobis post duo dulce fuit.
77 Sic tamen hæc absunt, vt quæ contingere non est
76 Corpore, sint animô cuncta videnda meo.
75 Ante oculos errât domus, vrbs, & forma locorum,
74 Subceduntque suis singula factà locis.
73 Conjugis ante oculos sicut præsêntis imago est
72 Illa meos casus îngrauát, illa leuat.
70 Ingrauat hoc, quod abest: leuat hoc, quod præstat amorẽ.
70 Inpositumque sibi firma tuètur onus.
69 Vos quoque pectoribús nostris hæretis amici,
68 Dicere quos cupio nomîne quemque suo.
67 Sed timor obficium cautus cómpéscit, & ipsos
66 In nostro poni cârmine nolle puto.
65 Ante volebatis, gratique erat instar amoris

Digitized by Google

62 Versibus in nostris nomina vestra legi.
63 Quod quoniam est anceps, intra mea pectora quemque
62 Adloquar, & nulli causa timoris ero.
61 Nec meus indicio latitantes versus amicos
60 Protrahet, obculte, siquis amauit, amet.
59 Scite tamen quamuis longa regione remotus
58 Absim, vos animo semper adesse meo.
57 Et qua quisque potest, oro mala nostra leuate,
56 Fidam projecto neue negate manum.
55 Prospera sic vobis maneat Fortuna, nec vnquam
54 Contacti simili sorte rogetis idem.

3 —— F ✠

Numeris illis prapositis cognoscitur ordo procedendi per priores dictiones, & postea 79. 80. 81. &c. per secundas, sic similiter postea per tertias, quartas, quintas, & residua vsque ad finem quousque numeros continuare non judicaui necessarium, quia ex prioribus colligitur quomodo ipsissimi debeant procedere.

Supponamus exercitationis gratia Ouidium, & Paulum (vtpote viros industrios & ingeniosissimos) ex Cabalæ fontibus bibisse, inque hac Steganographicâ arte fuisse excultos, sapientesque, Paulus lectâ epistola Nasonis & cognitis subscriptionibus statim cognouit litteras istas ab Spiritu Anabastico Cataueie (de quo in antecedente capite) animatas esse, ab Ebrâ dirigi, & habere Pylòros Orpenielem & Padielem Melionem F ✠: quod est in re, legendas fore ab vltimo carmine primo per primas dictiones, deinde per secundas, postea per tertias, hinc per quartas, post per quintas, tandem per reliquas licet sint plures in vno eodemque carmine, quia quidquid est post quintam dictionem reputatur pro sexta. Cognouit præterea Pylam & primam dictionem secreti constitui in dictione vigesima sexta quæ est prima tertiidecimi Hexametri numerando a fine quæ est (*At*) inde legens Paulus secundum artis regulas inuenit hanc periodum.

Dic illi quam ardet mea mens, quod corpore distans
Non animo disto, corde nec asto procul.

Ipsa

Digitized by Google

Ipsa mihi vita est, idcirco vivere curo
Ne vita hinc pereat me perente, mea.

Quæ cum visibilis est non indiget Cunuelio colore vt coloretur. Legit Paulinus, cognouit Ouidii etiam periclitantis firmitatem, nuntiauit Augustiadi, sicque amici desiderio vltramarino satisfecit.

Si volueris Metrographus sincerum tuum alteri Spiritui Anabasico, videlicet Asolieli commendare, scripta Epistola sincerè informet Spiritus primò vltimas dictiones carminum, secundò penultimas, tertiò antepenultimas, quartò ant-antepenultimas, quintò ant-ant-antepenultimas, sexto quidquid residuum fuerit in singulis carminibus, vt videre est in subsecutis.

Ausonius Gallus Paulino suo S. Epist. 23.

Proxima, quæ nostræ fuerant 15 *querimonia chartæ,*
Credideram quod te Pauline 14 *inflectere posset,*
Elicêrétque tuam blanda 13 *objurgatio vocem:*
Sed tu juràtis velut alta 12 *silentia sacris*
Deuotus teneas, perstas in 11 *lege tacendi.*
Non licet! anne pudet si quis tibi 10 *jure paterno*
Viuat amicus adhuc, maneasque 9 *obnoxius, heros?*
Ignauos agitet talis timor, at 8 *tibi nullus*
Sit metus, & morem missæ 7 *âdceptùeque salutis*
Audacter retine, vel si tibi 6 *proditor instat,*
Aut quæsitoris grauior 5 *censura timetur;*
Obcurre ingenio, quo sæpe 4 *obculta reguntur.*
Threicii quôndám quam sœuà 3 *licentia Regis*
Fecerat eloquium, per licea 2 *texta querelas*
Edidit & tacitis mandauit 1 *crimina telis:*
Et pudibunda suos malo commisit amores
Virgo, nec erubuit tacituro conscia pomo.

Numeros hos dictionibus fuit mihi necessariũ præposuisse ab eo qui epistolam mittit, obmittendos propter rationem notatam ad limen epistolæ præcedentis in margine.

De-

Digitized by Google

Depressis scrobibus vitium regale minister
Credidit, idque diu texit fidissima tellus,
Inspirata dehinc vento cantavit arundo.
Lacte incide notas, arescens charta tenebit,
Semper in aspicuis prodentur scripta fauillis.
Vel Lacedæmonium scytalen imitare libelli
Segmina Pergamei tereti circumdata ligno
Perpetuo inscribens versu, qui deinde solutus
Non respondentes spatio dedit ordine formas,
Donec consimilis ligni replicetur in orbem.
Innumeras possum celandi ostendere formas,
Et clandestinas veterum reserare loquelas.
Si prodi Paulinè times nostræque vereris
Crimen amicitiæ, Tanaquil 20 tua nesciat istud.
Tu contemne alios, 19. nec dedignare parentem
Adfari verbis. Ego sum tuus 18. altor, & ille
Præceptor primus, 17 veterum largitor honorum,
Primus in Aonidum, qui 16 te collegia duxit.

O

Venit epistola ad Paulinum (quem nomine & dignitate Steganographiæ decoremus) & visu Valer Asolem Tabellarium esse cognouit, & ex O. Pylorum esse Asphurielem, quærit in tabula, cognoscit ipsius sedem esse LVI. numerat à fine *duxit* sursum versus 56 *finales* dictiones, reperitque 35, prosequitur per penultimas, & reperit in carmine,

Edidit & sacris mandauit *crimina* telis

illud *crimina* esse Pylen, & introitum primum secreti ab illo incipit supersum per penultimas, post per antepenultimas; post per ant-antepenultimas &c. vsque ad finem, & reperit secreto Cabalistice-Steganographico hanc sententiam. *Vita M. Marcellum, quia coniuranit in eadem tuam.* Legit, vitat, & liberatur.

Digitized by Google

CAPVT V.

CVIVS PRINCEPS SVPREMVS BARmiel nomine, moratur in Austro, habens sub se 10. Principes qui præsunt diei, & 20. qui præsunt nocti cum seruitoribus eorum.

QVintę mansionis in Austro ad Meridiem Princeps magnus vocatur 1. Barmiel, habens sub suo dominio principales duces 10. qui præsunt diei cum subseruitoribus eorum, & 20 numero, qui præsunt operationibus nocturnis cum famulis eorum. Qui ideo plures sunt numero, quã diurni; quia frequentius operatio huius mansionis fit in nocte quam in die. Eorum enim officium est nuntiare secretas traditiones castrorum & ciuitatum, maxime temporibus nocturnis. Tu autem cum volueris in hac arte operari per Barmielem; voca vnum ex Principibus eius, quemcunque volueris: statim veniet ad tę cum 20. seruitoribus, quia nunquam solus aut cum paucioribus incedere cõsueuit aliquos principum huius mansionis. Secretum, vero tuum non famulis quia superbi & malitiosi sunt, sed Principi committe, quia bonus, placidus, fidelis & multum beneuolus est. Sed iam nominabo tibi ex ipsis Principibus diurnis octo, & ex nocturnis similiter octo, qui sunt meliores & promptiores ad obediendum, nec pluribus indigemus.

PYLORORVM TABVLA.

DIVRNI		NOCTVRNI	
Matutini	Meridiani	Vespertini	Meriocii
Sochas. F. 100.	*Acterar. K.* 100.	*Barbis. O.* 1.	*Barkasz. S.* 0.
Tigara. G. 1.	*Barbil. L.* 51.	*Marquus. P.* 1010	*Baabas. T.* 0.
Chansi. H. 101.	*Carpiel. M.* 151.	*Cauiel. Q.* 156.	*Gabar. V.* 00.
Keriel. I. 51.	*Mansi. N.* 1001.	*Acreba. R.* 100.	*Astob. X.* 00.

Digitized by Google

Habes 16. spiritus, quorum duodecim quilibet habet 20. ministros, cum quibus solent apparere vocanti. Reliqui quatuor, quibus 0. quod nihil significat suppositum est, nullum habent subseruientem, sed semper soli veniunt, & sunt in ministerio suo fidelissimi & impigri ad omnia quęcumque mandaueris eis. Volens itaque operari per aliquem eorum, præmissis his quæ sunt in arte præmittenda, dicas coniurationem istam ad Austrum. 2.† *Barmiel buras melo chardotiel malapos veno masphian albryon, chasmia peluo morophon apluer charmya noty Mesron alraco caspiel hoalno chorben ouear ascrea cralnoty carephon eldsor bumely nesitan army tu faron.*† Postquam imperationem compleueris, Spiritui apparenti quem vocasti commenda secretum, litteras autem mitte per quemcumque volueris, & qualescumque volueris. Sed vtamur exemplo.

PONAMVS SECRETVM REGIS QVOD NON sit confidendum alicui quouis modo.

Rex quispiam aut Princeps obtinere ciuitatem aut munitionem armis non valet quam cupit, rem arte pertemptat, corrumpit mercede custodes, consilium nulli confidunt, nec litteris quidē, ne deprehensus ille non consequatur intentum, isti mercedem cum vita amittant. Ad mansionem Barmielis se Princeps conuertit, vocat spiritum, committit occultum: venit ille, perfert, nuntio capitur nocte, non scitur quo modo. Pro his si placet fingamus litteras in nullo penitus metuētes lectorē.

EPISTOLA.

Iuste viuendo fœlicitātem consequēmur: soli namque exāltandi humiles, sōli temerarij cōdemnandi. Si fœlicitātem requiris, ætērnam iustitiam tene & ál-

Digitized by Google

altissimam gloriam cõsequeris Zelator feruentissimus veritatis esto, & non amaueris mendacium, corrumpens honestatem, animiq; temperantiam dissoluens: fugè vanitatem mundi, quoniam breuissima est. Amator esto justitiæ & nemineṁ supplantes iniuste. Cole virtutes, vitia fuge, iustitiæ libertâtem tuere, omnem insolentiam cauê, semper humy'lis esto. Saluatorẽ animarum nostrarũ dilige: qui dy'lj'git eum, nequaquã morietur infœlikiter. Cõtemne gloriam repẽtè transitoriam, ama g'loriam sanctorum æternáliter non corrumpendam, fuge solícy'te insidias hostis nostri antiqui, quem vinkèt nunquã intermittenda deuõtionis humilitâs. E'stò vigilãs vt carnis ardore nõ vincaris, virily'ter iustitiæ semitâs defende, rectitudinisque Zelúm intrepida perseuerantia tenendũm mêmineris. Gloriam inanem semper fuge tãquam venenum. Paradisi Dei amœnitatem contemplàre semper manẽtem. Gaudiá seculi citò transeunt, hodie lætus, cras omnibus spóliatus emoritur. Fúge Zelũ vitiosum amaritudinis, fùge superbiæ túm'orem, quoniâm vtriusq; rêatum perpetuis malis obnoxium non ignoras. ômnis superbus odibilis Deo: moriens sine intêrmissione cruciândus nunquam consolabj'tur. Quid deniq; exspectabunt superbi nisi lamẽtum? Ergo væ vobis elati, ęterno supplikiò dígnj'tenebrisq; & horroribus reseruati sempy'ternis. O vanitas vanitatum mundi, exterminatrix luminis animarũ, deképtrix exulũ, inferni reseratrix perniciosissima. Vâleaty's. ח —— F

Recipiẽs litteras, cognito signo Barmielis se mox vertat ad Austrum vel quam primum potuerit. Non enim periculum, quoad obedientiam spiritus, ex mora nasci poterit; etiamsi multa fuerit interposita. Nam quando vocant, semper venire consueuit, siue cito siue tarde, etiam post dies multos vocent. Hæc est eius coniuratio, iis præmissis quæ ars expostulat agenda.

3. † *Barmiel any casleon archei bulesan éris, Casray molaer pessaro duys analé goerno mesrue gredl cusere drelnoz, parle cufureti basriel asty maraphę neaslo carnos erneo, damerosenotis anycarpodyn.* † Hanc coniurationem cum dixerit, sicut oportet versus 4. Austrum audiet & intelliget mẽtem tuam, quam non litteris sed spiritui commisisti: 5. si ad aliam plagam se verterit nunquam intelliget.

Digitized by Google

Capitis quinti declaratio.

1. *Camuel*) Spiritus hujus operationis Australis vocatur Barmiel Hæbraice vel אל—ברמי *Vestespratiosa Dei*, vel באר מאל *Expositio et declaratio ex Deo.* eo quod sit opertio excellentissima, habet Ministros Pyloros qui sunt in tabula.

2. *Barmiel* (*Hæc est operatio katabasika*) *descendens per primas*(*dictiones canonum, qui*)*non est opus habeant sex*(*dictiones*;*sed quomodocumque sint scripti vt non sit necessarium transcribere*)

Ex dictis subficienter colligitur Trithemii intentum, adeo scrupulosus fuit in diuisione dictionum in præcedenti operatione, vt molestus à seipso judicetur cum fuerit necessarium epistolam soluram scribi ter, bis à mittente, & tertiò à recipiente vt senæ illæ dictiones in propriis locis corresponderent, modo facilitatem adpetens jubet quod epistola scribatur quomodocumque, & postea Spiritus descendant à principio per primas dictiones, postea per secundas, tertio per tertias, post per quartas, penultimò per quintas, tandem per omnia ea quæ remanent, omnes enim dictiones quæ fuerint post quintam adjudicantur loco sextæ, in exemplo conspicitur.

3. *Barmiel*,) *Quare Pylorum* (*is indigitabit nominis numero Pylam, ab hac exordium sume & intelliges.*)

Rex ille (vt vult Trithemius) mittit illas litteras ad fortalitium, custodes omnes legunt, & omnes laudant, & solum Steganographici intelligunt. Isti visa littera ה statim sciant secretum scriptum esse Abecedario Mesidiano, hoc scilicet.

Potestas: r j k l m n o p q r s t u v w x y
Character. A. B. C. D. E. F. G. H. I. J. K. L. M. N. O. P. Q.
z & æ œ ę. ç ✠ a b c d e f g h
R. S. T. V. V. W. X. Y. Z. &. Æ. OE. ę. ç. ✠. vel 9.

Ex Charactere F ✠ noscitur Pylorus *Sochas*, comitatus Padielem melionem ideoque in medio suæ legionis, cumque hæc habeat subministros 100. erit ipse Pylorus Sochas in loco quinquagesimo, & in ibi constituenda est Pyla, seu dictio prima secreti, quæ est dictio tertia sexti canonis, videlicet *subplanies*, Ab hac igitur Steganographiosophi incipiunt & legunt hanc in linguâ mysticâ orationem.

Digitized by Google

onem. *Cydœfaak leyylaak fg&lm. ✠gjr lœjlay kalak & mklgaak hg-jlt fgnt, ml yhœjayak.*

4. *Austrum*) Legunt versus Austrum & reperiunt Spiritum Latinum efferentem. *Kalendis Martijs, noctu horâ tertiâ sitis custodes porta noua, vt aperiatis.* Faciunt, venit, intrat, potitur ciuitate, pecuniam soluit, traditoresque posteà dignissimo judicio subpendit.

5. *Si ad aliam*) Aduertit hic Trithemius id quod semper notandum est Lectorem debere sequi influxum Spiritus missi, & ad ipsius plagam debere legere secretum, quia ad aliam si se conuertat intelligere inpossibile est, Ponamus exemplum: quia si hoc secretum legere voluissent custodes non ad Austrum sed ad Orientem, legissent *Dzeagœbl fzkmu ghkmu abks mękmbz lbmbl anlmhœęl ibkmu ghou, nm ziękbzmbl.* Et non intellexissent; hanc enim sententiam non subficiunt Spiritus Steganographici explicare.

CAPVT VI.

CVIVS SVPREMVS PRINCEPS GEDIel in Austro-africo mansionem agens, sub se habet 20. in die, & 30 in nocte cum seruitoribus eorum.

SExtæ mansioni quæ est in Austro-africo præsidet Princeps magnus 1. Gediel qui habet sub dominio suo alios duces Principales 20 in die, & 30. in nocte cum multis seruitoribus eorum. Horum officium est nuntiare omnia quę pertinent ad auisandum amicum de quocunque imminēte futuro periculo, & maxime ad Principes pro defensione patriæ, castrorum & ciuitatum; & ad omnia nuntiāda quę prosunt amicis, & his quibus fauemus ad salutem: nec non & contra inimicos & aduersarios quoscunq;. Ad hæc omnia non est necessarium aduocare 20 principes, sed duo sufficiunt cum seruitoribus suis, quos vt noscas ex nomine, consequenter aliquos ex eis numerabo, videlicet octo pro

Digitized by Google

die, & octo pro nocte.

PYLORORVM INDEX.

Matutini	*Meridiani*	*Vespertini*	*Meriniocti*
Coliel. F. 201.	Sariel. K. 51.	Reciel. O. 151.	Aroan T. 0.
Naras. G. 0.	Rantiel. L. 51.	Sadiel. P. 551.	Cirecas. V. 201.
Sabas. H. 00.	Mashel. M. 50.	Agra. Q. 0.	Aglas. X. 50.
Assaba. I. 0.	Bariel. N. 51.	Anael. R. 50.	Vriel. Y. 56.

Primo antequam procedamus ad operandum, noueris quod semper ad minimum duo Spiritus vocandi sunt, cum famulis suis, sine quibus nusquam procedunt, licet non semper omnes appareant visibiles. Sed de hoc non est curandum; modo tu consequaris per eorum ministerium inuisibile quod intendis. Cum ergo per eorum ministerium volueris aliquid in Steganograogia operari; conuerte te ad Austro-africum; quoniam omnes ibi cum Principe suo Gediel omni tempore morantur: & fac quæ nosti secundum ordinem esse facienda. Hæc est coniuratio:

2. *Gediel asiel modebar mopiel casmoyn, rochamurenu proys nasaron atido casmear vzarsy maludym velachain demosar otiel masdurym sodiuiel mesray seor amarlun, laueur pealo netus fabelron.* His completis erunt duo principes nominanti vocati præsentes, boni beneuoli & securi: quos non debes timere: sed committe eis confidenter, quicquid volueris: & mandatum tuum fideliter implebunt.

HABEAS IN MENTE TVA TALE SECRETVM
Quod litteris commendare non audes.

Sum Principi meo pro multis in me beneficijs obnoxius: adversariorum eius secreto percepi consilium per insidias & traditionem capiendi hac nocte castellum, Principem auisare meum

Digitized by Google

um cupio: litteris nequeo, cum scrutinium transeuntium per hostes fiat in via: per nuncios nequeo, quia nulli penitus in meum periculum scio credendum. Vocabo spiritum, committo secretum, mitto litteras tantum pro forma quascunque voluero, vt noterit Princeps quis sit vocandus: & ex spirituum numero (quia sine litteris alioquin nesciret missum à me Spiritum) vadit iste, nunciat: Princeps praeoccupat castrum.

SIT FORMA LITTERARVM ISTA VEL alia; quam cum legerit, ire prohibeat.

SVmma humani generis nobilitàs summaque virtus est Deum pure amare ipzius gloriam quærere, & cum rectitudine mentis adorare. Humilitas enim pûri cordis regnabit in Cælis patientia sublimabît, sola menz hominis nudi Deûm timentis diligentisq; ad nobilitatem veram instituêtùr. Deum ama, mundum sperne, sæcùlum iniquitatum fùge, ama relygionem, fraternum charitatem, pacis, vincùlum, rectêquë conuersantium vnitatem. Christus in Euangelio monet: Non oportere nos solicitari circa humanas curas superfluas. Habentes (inquit Sanctus Apostolus) necessaria tantum, simus contenti. Habeamus itaque Dei amorem & Zelum iustitiæ: quoniam vere solidæ diuitiæ sunt, puritas animi, simplicitas cordis, negligētia honoris terreni, venustatis emundatio, morumque sanctorum institutio. Simus intenti operibus bonis, ne vitia nos obruant, viuamus innocentes in omni rectitudine, tanquam crastino moituri. Dèum amemûs purissimo còrdē, seruantes solicitè mandata eius cum humilitate; pro peccatis lugeamus, omni tempore piissimum Saluatorem deprecantes, quatenûs vobis vicia remittat, sui amorem cordisque humilitatem infundat. Dézeramus istius mundi concupiscentias & vanos falsosque honores, obitum nostrum sêdulo cogitantes. Viuere virtuose, proximum diligere, iniuriam nulli facêre, Deum timere, eleemosynas dare, famelicos reficere, bonos defendere, prauorũ vitia redarguere, orationibus insistere, gloriam mundi contèmnere, lectionibusque incumbere, thesauri Christianorum sunt. Vana enim gloriâ mundi repente ruitura est, falsę etiā diuitię, quas breui éxspirātes relinquemûs inuiti, sola justitia est nostra fœlicitas. In nostra humilitatē sit gloriatio & diuitiarum possessio nobiscum omni tempore mansura, memoria mortis, timor iudicij, nostrorum recordatio peccatorum,

Cum

Cum has vel quaslibet alias litteras nullum continentes secretum Princeps acceperit meus; viso signo Gedielis nouit quò sit vertendum, & quis vocandus Spiritus, dicat.

CONIVRATIO.

3. † *Gediel aprois camor eti moschoyn diuial palorsan, sermel, asparlon Crisphe Lamedon ediur cabosyn arsy thamero synust.* † His dictis, vt oportet, subiunctisque nonnullis quæ sunt in arte necessaria, spiritu reuelante, non litterâ, mentis meæ secretum, sciet arcanum, & præoccupabit inimicum.

Capitis Sexti declaratio.

1. *Gediel*) Princeps Austro-aphricus nominatur גדי—אל *coniungens exercitus Dei* cujus operatio est simillima Barmelianæ vt videre est in regulâ juratâ.

2. *Gediel*) Quæro explicationem ex claui Vau. & aperiens secunartem lego. *Per vltimas (dictiones canonum) descendes (& postea per penultimas &c. minutias Spirituum adpinge suis in locis.)*

Regula est adsimilis præpositis, jubemur notare Spiritus, seu adcentus in vltimis canonum dictionibus, secundò in penultimis, tertiò in antepenultimis, quartò in ant-antepenultimis, quintò in ant-ant-antepenultimis descendendo, vt videre est in exemplo Trithemii, & aliis aliàs à nobis adjungendis vberioris explicationis gratiâ.

3. *Gediel*) Quid facere debeat recipiens subnectit istâ juratâ regula, ex Claui Vau secundâ, aperienda, quæ explicata, & ad Linguam translata Latinorum erit.

(*Collige deorsum à Pylâ*) *spiritus* (*particulas, & illas*) *adduc ad Austro-aphricum.*

Adducere ad Austro-aphricum est legerere Alphabeto Austro-aphrico, quod est hoc.

Potestas. k l m n o p q r s t u v w x y z & æ œ ę
Character. A B C D E F G H I J K L M N O P Q R S T
ç ✠ a b c d e f g h i j
U V W X Y Z & Æ OE ę ç ✠ vel 9.

Legit

Digitized by Google

Legit Princeps meus epistolam & visa subscriptione Steganographicâ statim cognoscit aliquod in littera secretum esse, ex charactere Vau cognoscit Gedielem, & signo X ✝ Aglam quinquagurionem in medio suæ Legionis residere, inibique obsicium exercere Pylorismi, hoc est initiandi secretum: quærit ergo ab angulo *aware* descendendo vigesimam quintam dictionem, & eam esse epistolæ vltimam deprehendens eam adcipit, & percurrit penultimas, & post antepenultimas &c. ad finem, & reperit hanc sententiam in lingua Mystica conpositam.

Z&jkbçe F&jbki fbecçiiçj wzçjkc cd xh&zwc. Vt ergo latinizet recurrit ad Spiritum Austro-aphricum ipsius articulationes consulit & tandem adsequitur esse.

Decurio Petrus promisit aditum in Bredam.

CAPVT VII.

CVIVS PRINCEPS SVPREMVS EST Asiriel, cuius mansio est in Aphricum, habens sub suo dominio duces 20. qui præsunt diei, & 200. qui præsunt nocti.

SEptimæ mansionis Princeps primus & supremus vocatur Asiriel, & habitat in plaga orbis quam appellamus ad Africum, habens sub se 20. Principes qui præsunt diei, & 200. qui præsunt nocti: qui omnes sub se multos habent famulos. Si duo duces vocentur ab operante ad ministeriũ artis ex diurnis; semper famulos habent seruientes sibi: similiter & cum nocturnis fit. Et vt scias quomodo sint vocãdi: tabulam considera.

Matutini	*Meridiani*	*Vespertini*	*Merinoctii.*
Astor. F. 0.	Baniel. K. 51.	Arcisat. O. 101.	Cusiel. S. 56.
Carga. G 100.	Rabas. L. 00.	Adriel. P. 551.	Malqueel T. 1105
Amiel. H. 1051.	Maroth M. 1000	Budar. Q. 505.	Fassua. V. 5.
Cusiel. I. 56.	Omiel. N. 1051	Aspiel. R. 51.	Hamas. X. 1000.

O Ho-

Digitized by Google

Horum Spirituum qui sunt principales inter 40, habent officium nunciandi secreta consilia principum subditis suis & amicis, ex diurnis habes octo, & ex nocturnis totidem cum multis seruitoribus suis, qui sufficiunt ad omnia, nec cæteros vocare opus est. Diligenter obserua, vt cum vocas vnum vel duos Principes ex nominatis, iam numerum seruitorum eorundem in carmine exprimas: sunt enim superbi, & mirabiliter placet eis, quod multis dicantur præesse clientelis. Cum ergo volueris per ipsos in Steganographia operari, verte faciem ad Africum, & fac quæ nosti esse facienda cum diligentia: vt nihil penitus obmittas eorũ quæ pertinent ad artem. 1. Coniuratio: *Asiriel aphorsy Lamodyn to Carmephyn drubal asutroy Sody burathon, vsefer palormy thulnear asmeron chornomadusyn coleny busarethon days marphelithubra nasaron venear fabelronty.*

His completis, adstabunt ibi vocati: quos vt discernas; scito, quod Principes cõmuniter solent apparere in habitu aereo, id est Sapherino: famuli autem in albis. Secretum vero tuum committe ipsis Principibus, quia fideles sunt. Habent antè illam consuetudinem inter se omnes duces, vt, quando alloquitur eos operator, tunc statim famulos emittant: imo per se recedant, ne audiant cõmissionem. Cessante illo loqui ad Principes, iterum famuli astare videntur.

Sit Principis tale secretum quod nulli credat perferendum.

Consilium Principis magnum & secretissimũ de rebus arduis & maximis est. Vult illud scire Principem alium quẽpiam amicum, eo quod causam habeat: sed timet venire cum maximo periculo sui suorumque in publicum: si autẽ nuntio committatur, ne tradat, aut litteris, ne legantur ab aliquo

Digitized by Google

aliquo. Vocat ergo spiritum, qui non reuelabit arcanum: committit, emittit, perficit, securus est.

Litteras mandat in nullo suspectas, nec publicũ in aliquo metuentes

COMITI PALATINO S.

Iesu Christe Lumen indeficiens, omnium sanctorum æterna beatitudo. Creator vniuersitatis & rector miserere nobis. Nos infirmi, gementes & flentes misericordiam tuam rogamus. Largire nobis virtutem vincendi temptationes diaboli, vt demissis præsentibus malis, requiẽ consequamur. O Saluator dulcissime Iesu remitte peccata nobis orãtibus. Tua enim sumus, clementissime pater, creaturæ humiles: respice nos miseros inutilesque famulos, quoniã tibi famulari totis viribus optamus. Fac nos habere amoris tui ferũorem, bonis exornatũm operibus in nobis semper. Da nobis veras virtutũm operationes, obseruantiam iustitiæ & rectitudinisque inseparabilem amorem: fac nos veraciter esse humiles, mundaliumq; rerum strenuos contemptores, quatenus tuo amore semper ardentes nihil diligamus terrenum, nihil æstimemus nobis tẽporale iocundum. O præceptor humilitatis Iesu Christe, doce nos tuam imitari doctrinam. Sumus (proh dolor) vitijs multis inuoluti, operibus bonis nudi. Salua nos Iesu Christe, ne pereamus. O summa veritas viuifica nos, refugium animarum refrigerantissimum: esto nobis turris fortitudinis. Tu enim viuificator noster es, tu salus es animarum, mentisque renouator dulcissimus. Tu ineffabile gaudium angelorum, animorumque fidelium requies salubernima. Tu beatitudo sanctorum te amãtium. Tu mixtis gethile lumen ciuium supernorum, tu mortuorum viuificator fragilitatem nostram respice. Iesu Christe

Digitized by Google

dulcissime adiuua nos fragiles seruos tuos, quatenus per viam veritatis sine offensione incedentes requiem consequamur æternam, O pijssime Domine Iesu mitiga labores exilii nostri. Et cum finis istius vitæ cœperit appropinquare, nobis misericorditer subuenire tunc digneris, quatenus ante faciem virtutis tuæ aduersarius ruat cõterritus, fugiantq; prrcul omnyùm malorùm prouocatorès diaboli, mortis æternæ principes, sæuissimique nostri persecutores. Rogamus per virtutem nobilissimæ mortis tuæ dulcissime Iesu: non despicias nos inutiles seruos in die exitus nostri, quos redimere voluisti sanguine tuo: Laua excessus nostros, quatenus intrare gaudia patriæ cœlestis, expectãtibus nos angelis, mereamur. Amen. Scripsi ego Ioan. Trith. Abbas idibus Martij, M.D.

I——V

Litteras idcirco mittemus ad eũ, cui fuerit spiritus quoq; mittẽdus; quia nullus Principum aut seruorum ex ipsis spiritibus venit, nisi vocetur, neque ad mittentem, neq; ad eum qui mittendus est. Vt ergo sciat is cui mittitur, à qua mansionis plaga & quem debeat vocare spiritum, litteræ mittuntur signo Principis sigillatæ, & ita scriptæ, vt spiritum oblectent, cupiatque eorum fomento recreari. Sed de his in vltimo capitulo dicemus.

Hæc est coniuratio spirituum pro recipiente.

2. *Asiriel onear Camor Laueuiel gamer sothin ianoz alnay bulumer palorson, irgiel lamedon, ludiel Caparosyn nauy asparlon nadiel bulephor ianos pesonty tresloty Camon elyr, mearsu nosy thamerosyn.* His dictis versus Africum secretissime, cæterisque additis, quæ requiruntur ex arte; spiritus apparebit illi cum seruis suis visibilis, nullo aliorum videntes

eum

Digitized by Google

eum, nec audiente: & reuelabit secretum mittentis in aurē.

Capitis septimi explicatio.

Hucusque posuit formas Trithemius difficiliores nuntiandi amico secretissimè, quodcumque arcanum nunc ad faciliores progreditur, quæ sequuntur textus progressionem & tantum iuxta diuersos Abecedarios distinguuntur, In hoc septimo capite obcurrit Angelus Asiriel אסיר—אל *Vinctus* quod non possit adscendere neque retrocurrere, aut descendere, sed jam habeat modum in procedendo determinatum, ejus Abecedarius est qui sequitur.

Potestas. m n o p q r s t u v w x y z & æ œ ę ç ✠
Character. A B C D E F G H I J K L M N O P Q R S T
a b c d e f g h i j k l
U V W X Y Z & Æ OE ę ç ✠ vel 9.

1. *Coniuratio*) Iurata regula, sine qua inpossibile est operari si transducenda sit ad Latinum idioma sumatur Clauis Zain & aperiatur, & statim audiemus Magistrum Cabalæum vociferantem sic:

Directè à principio (quære Pylam, ab ipsâq; incipe spiritare tuum secretum secundum influxum) Spiritus (Asierielis qui moratur) in Aphrico.

Sic intelligo. Scribe secretum tuum Abecedario Aphrico, & post per Spiritus, aut adcentus (vt solet fieri) illas litteras indigita directo itinere incipiendo à Pylâ.

2. *Asiriel*) Vt recipiens cognoscat quid est faciendum tum hic, tum etiam in aliis operationibus doctrinam hanc subjungit Mysticam, quam si Claui secunda Zain explicueris erit Latina, & hæc.

Quare Pylam, & ab eâ progredere extrahens minutias Spiritnum, et vociferare versus Aphricum..

Recipit Comes Palatinus Trithemii epistolam, & ex subscripto charactere statim cognoscit esse Steganographicam, & commissam esse Spiritui Y Asirieli legendamque esse Abecedario Aphrico sumendo initium a Pyloro Fassua qui habitet in dictione quinta, legit & reperit istam Periodum.

O Eadyfuhef bfuwbuh wia u✠œæg eicx beb ęæg Y✠ywbef.

Vocat Asirielem, noscit articulationes Aphricanas, petit explicationem, tunc epistola eadem ministerio hujus Spiritus incipit Latina lingua vociferari sic:

Imperator tractat cum alijs, quod non sis Elector.

Digitized by Google

CAPVT VIII.

CVIVS PRINCEPS SVPREMVS MAseriel ad eam plagam habitat, quam Fauonium appellamus, habens sub se Duces 60. principales cum seruis eorum multis.

OCtaua mansio est circa Occidentem in eo loco, a quo vetus appellatur Fauonius: & ibi habitat Princeps magnus, 1. qui dicitur Maseriel cum infinita multitudine ducum Principum & famulantium, ex quibus ad hanc artem deputati sunt Principes 30 qui præsunt operationibus diurnis, & totidem qui præsunt nocturnis, cum multis seruitoribus. Hi omnes sunt constituti ad nunciandum & referendum secreta humanarum artium Philosophiæ, Magicæ, & omnium mirabilium & secretissimarum operationum, quæ paucissimis sunt notæ hominibus: & super his sunt prompti & multum fideles, nec reuertuntur, nisi perfecerint totum quod eis fuerat commissum. Quieti sunt & sine strepitu veniunt, sicut iubentur per se cum multis vel cum paucis, vel etiam sine famulis saltem visibiliter: neminem terrent, nisi eum, qui non instituens in arte presumpserit eos vocare per vera principia artis, ad quæ non nemo facilè sine instituente pertingit. Vt autem in promptu habeas, quos voces ad operationem spiritus: noueris, tibi non omnes esse necessarios, sed aliquos: & ideo sufficiant tibi duodecim pro actionibus, quæ fiunt in die, & totidem pro his quæ fiunt in nocte cum seruitoribus eorum.

PY.

Digitized by Google

PYLORORVM TABVLA.

DIVRNI	Matutinis	Nahua F 100 Rouiel G 56 Fariel H 51.	Zerael I 50. Athiel K 51 Vessur L 5	Azimel M 1051 Khasor N 0. Poriel O 51.	Alfuel P 105 Aliel Q 101 Espoel R 50	Vespertinis
	Meridianis	Arac F 100 Maras S 1000 Nochiel T 151	Sarmiel V 1051 Amoyr N 0 Badiel V 551	Baros N 0 Eliel X 101 Pares Y 00	Rabiel Z 51 Atriel Z 51 Sasbar Y 60	Meridianis

NOCTVRNI

Habes quidem ex triginta Spiritibus Maserielis principalibus quattuor & viginti cum seruitoribus, quorum primi duodecim præsunt operationibus diurnis, & reliqui duodecim nocturnis. Cum ergo per eos aliquid in Steganographia operari volueris, verte te ad Fauonium, & præmissis necessariis, quæ requiruntur ex arte, voca vnum ex prænominatis, quem volueris, sicut oportet: & sine mora veniet. Cõiuratio: 2.† *Maseriel bulan lamodyn charnoty Carmephin iabrun caresathroyn asulroy beuesy Cadumyn turiel busan Seuear: almos lycadusel ernoty panier iethar care pheory bulan thorty paron Venio Fabelronthusy quis.*† Apparente Spiritu, quem vocasti, committe ei secretum tuum perferendum secure, nihil hęsitans omnino, tacite loquẽs ad ipsum, si in medio aliorum fueris, vt nosti.

Sit mentis tuæ secretum tale.

Habes arcana in scientiis occultis, philosophia, astrorum Magiâ, Cabalâ, Arithmeticâ, vel quibuslibet artibus, quæ scire optas amicum prope vel procul absentem: Sed sunt talia, quæ nec litteris nec nunciis committere tutum: aut certe tibi arcana mittat, instandum: vel etiam commendare philosophantem, vt nesciat tamen aliorsum. Voca vnum aut duos

Digitized by Google

ex supradictis spiritibus: expone secretum: suscipit onus, perferet amico, tibiq; reportabit commissa ab illo.

Scribe orationem quam volueris, aut litteras quaslibet nihil continentes secreti.

OMnipotens sempiterne Dèus, bonorûm remûnerator ęquissime, qui filium tuum nostri generis esse partícipem voluisti, vt redimeret diabolica inuidia nos miserrimos, qui sola benignitate redundans formam nostri suscę pit incorruptâm êx flore virginalis úteri, archangelo sancto Gabriele infinûante, qûód Virgo concêptûra beatissimo tûo spiritûi perpetua Virgo permaneret, immaculata, clarior hominibus, angelicisque præminentior. Genuit regem omnipotentem Deum & hominem, sanctissima & reuerendissima Virgo Maria, virilis consortii omnino nescia, sine dolore pariens, sine tristitia vagientem Deum hominemque suscipiens, semper immaculata consistens, purissima, innocentissima, virtute humilitatis hominibus altior, charitate plena, omni laude dignissima, & ab omnibus veneranda: Angelorum beatissima & semper laudanda, Imperatrix résulgentissimâ, nobilis, inclyta, vereque splendidissima: quam tuus filius in omnibus quæcunque postulauerit, largissima dignatione admittit, eamque vt matrem, reuerenter veneratur; omnibus creaturis excèllentiorem: cui nihil vnquâm expostûlanti negare consueuit: sed rêuerentèr sanctissimæ voluntati tuæ consentit, omnia concedens honori eius, quæ stábit pro nobis in nouissimo die, adiuuans nos venerantes Virginis almæ prælara merita: Deus lumen veritatis nobis, deuotissime precamur, insûnde Deûs gratiam & misêricordiam omnibûs inûocantibus tê, remissionemque vitiorum suorum expostulantibus humiliter, & noli nos miseros despicere: sed in tua bonitate confidentes misericorditer suscipe amore lactantis Deûm Virginis Mariæ omniûmque electorum tuorum. Amen. Ioan. Trithe. Abb. spanheimensis scripsi. Anno Dominicæ incarnationis seû natiuitatis M. D. Iduum Martij quârto.

3. Suscipiens litteras is cui mittuntur, signo Maserielis cognito se ad Fauonium cõuertat, & præmissis occulte quę requiruntur ad artem, ipsum spiritum qui missus est, vocet, Coniurationem adijciens.

CON-

Digitized by Google

CONIVRATIO.

Maseriel onear Camersin, Cohodor messary lyrno baluaon greal, lamedon odiel, pedarnoy nador ianoz auy chamyrin. Coniuratione expleta sicut oportet missus spiritus nebulatenus apparebit. Dictoque verbo mystico veritatem loquetur ad aurem, & omnia quæ sibi fuerant commissa fideliter intimabit. Nullus tamen circumsedentium sentiet quicquam: modo tu constans & imperterritus, sicut oportet, perseueres.

Octaui declaratio Capitis.

1. *Qui dicitur*) Vocatur iste Spritus Fauoneus מאשרי אל *Ex Beatis Dei*, quod sit Spiritus bonus & finis linguæ mysticsi (quo ad hunc librum)

2. *Maseriel*) Regula jurata, & quæ alterari, mutarique non potest dependet à Claue Heth, quâ adhibitâ conperies subsecuta.

Hæc (sicut & subsequentes) omnes (quæ in hoc libro tradẽdæ sunt) operationes) tantummodo in Alphabetho differt à præcedenti, & ideo sicut anteà vsus fuisti Alphabeto Aphrico) ita & in hac veteris Fauonæo, & in sequentibus suis propriis, & ideo conjurationes sequentes erunt sine claue (quia sunt inexplicabiles, & solum ornatus causâ positæ).

Hic (fateor) animus meus quieuit, quia timebam tam pancis clauibus me posse tot seras aperire, jam cognosces regulas conjuratas inferiores non esse explicabiles quia hac vnica manẽt omnes explicitæ, siquidem (vt notat Trithemius) diuersitas inferiorum operationum hujus libri vniuersa est in Alphabetis.

3. *Suscipiens*) Amicus statim cognouit Abecedarium esse ה, hoc est Fauoneum. Pylorum Zeraelem, qui est dux militum 50, & à Padaele ✝ melione in medio legionis constituitur, vnde Pyla est dictio vigesima quinta, à qua incipit & reperit isthanc sententiam,

ęaswd ęwndwfadgç andc bfne wef sçw su tadwsç

Conuertitur ad Fauonium & reperit quod characteres & potestates litterarum conbinantur hoc modo.

Digitized by Google

Potestas. o p q r s t u v w x y z & æ œ ę ç ✠ a b
Character. A B C D E F G H I J K L M N O P Q R S T
c d e f g h i j k l m n
U V W X Y Z & Æ OE ę ç ✠ vel 9.

Hinc noscit si aura Favonii calamum inflet quod concentus pertinebit ad Latinismum, atque erit hic.

Liber secretorum scriptus est a me ad Boream.

Legit amicus cognoscitque librum illum legendum esse Boreali Abecedario.

CAPVT IX.

CVIVS PRINCEPS VOCATVR MALGARAS, qui moratur in Occidente habens sub se duces pro actionibus diurnis 30 & pro nocturnis 36 quorum officium est annunciare secreta familiaria amicorum.

NOnæ mansionis quę est in occidẽte ęquinoctiali habitator est 1. Malgaras maximus princeps occidentis, qui habet sub se 30. duces qui præsunt diei & 36. qui præsunt nocti cum seruitoribus eorum. Omnium istorum officiũ est secreta & arcana familiaria amicorum nunciare amicis. Boni sunt duces & promptissimi ad obediendũ vocanti, maxime diurni, quoniã plus assueti sunt inter homines conuersari. Nocturni enim, etsi boni sunt, non tamen libenter cum hominibus conuersantur, sed lucẽ summopere fugiunt & detestantur, latitare cupientes in tenebris & ob id frequẽter apparẽt vocãti eos per cõiurationẽ sicut vespertiliones. Ex his omnibus quatuor & viginti suis nominibus collocabimus in tabula, quorũ duodecim in die, totidẽq; in nocte sufficiũt

PYLORORVM INDEX.

Diurni	Carmiel F 1151	Agor M 00	Cabiel S 151	Misiel Z 1052	Aroiz Q 1
	Meliel G 101	Casiel N 152	Vdiel T 556	Barsis V 00	
	Borass H 0	Rabiel O 51	Oriel V 52		

Digitized by Google

Nocturni.					
	Arac I 100	Libiel P 102	Caton V 100		
	Dobiel K 51	Raboc Q 100	Zamor X 1000	Aspor ♐ ♑	
	Cubi L 106	Aspiel R 51	Amiel Y 151	Deilas ♋ 551	Basiel E 51

Habes nunc de principibus Malgaretis duodecim pro actionibus diurnis, & totidem pro nocturnis, cum famulis eorum innumeris & nota quod Aroyz & Basiel semper soliuagi sunt: Misiel, Barsas, Aspor & Deilas bini & bini vocari possunt, reliqui vero terni. Cum volueris habere tres aut duos aut vnum, caue ne erres in nominibus eorum. Sicut tabula te docet, ita facias absque immutatione, ne periculum incidas.

Carmen Conjurationis.

Malgaras ador chameso bulueriny mareso bodyr Cadumir auiel casmyo tedy pleoryn viordi eare viorba, chameron vesy thuriel vlnauy, beuesy meuo chasmironty naor ernyso, chony barmo caleuodyn barso thubrasol. Coniuratione dicta sis vir fortis & constans: apparebunt tibi statim visibiles quos vocasti. Quod si vocati ex nocturnis non statim venerint: non propterea intermittas opus tuum: sed vrgeas eos iterata coniuratione, donec obediant. Sunt enim aliquantulum pigri, & non libenter veniunt inter homines, sicut prædiximus.

Sit mentis arcanum, quod nec homini nec litteris committere placet.

In his, quæ ad rem familiarem familiarem, pecuniã, depositum, mutuum, fidem, vel ad quelibet humanæ conuersationis negotia pertinent, Secretũ habes, quod cupis amicum scire procul absentem: sed tale est, quod cum maximo

Digitized by Google

vtriusque vel periculo vel detrimento publicum subiret examen: ob id nec litteris confidendum, nec hominibus. Vt ergo sis securus, nulliusque conscientiam reuerearis, ad occidentem te vertis, vocas ducem, committis arcanum: vadit ille, perfert fideliter omnia: si quid ad te fuerit commissum, refert.

Litteras qualescumque volueris scribe, in quibus nullius vereare conspectum.

SAlutem & charitatem. Dilectissime & singularissime amice, præsentium lator, ex Ruremunda oriundus valde in amicos nostros beneficus & gloriosus (quem vt humanyter excipias, rogo) tibi necessitatem suam exponet: Qui cum mihi veteryne cessitudine semper fuerit conjunctus pro viribus meis, dulcissimum judicarem releuare beneficiisque cumulare yllum. Et vtinam possem consolationem calamitatibus eius impendere. Sed cum sim grauibus (vt luce tibi clarius constat) damnis exhaustus: non possum meo satisfacere zelo, vt optarem. Tu autem, qui es necessariis temporalibus abundans, amico te lætum exhibeas, humanumque: quemadmodum consueuisti te exhibere necessitatum amicorum patronum. Rogo itaque, mutua illi sub termyno certo ducentos florenos quia constitutus est maxima in necessytate, sicuty te docebit. Confido, quod omnia restituet ad integrum, vbi constitutus illi terminus venerit. Quod si si feceris, gratias agam nunquam intermorituras, tibique in grauioribus astabo. Age, vt amorem syncerum in nos tuum effectum comprobemus. Quod illi feceris, mihi volo scias factum: nec minus ipsum gratissimum tibi obligaueris (firmiter crede) & termino elapso restituet integerrime omnia. Consueuit enim promissa inuiolabiter seruare, præstare se constantem cunctis hominibus. Cæterum cum nouos gaudeas audire rumores, scribere aliquid velim. Enutritrini catellum (Græco vocabulo erit recte vocatus) tanta eruditione, doctrina, omniumq; rerum memoriæ vigentem, vt bestiam exuisse nonnullis, hominemque induisse videatur, græca latinaque intelligit verba, nouit delictorum suorum veniam petere. Quicquid iussero facit; meq; annuente gestibus, secreta hominum pandit. Tanta eũ morum disciplina imbutum cerneres, vt multis doctiorem hominibus æstimares. Iussus fenestram aperire, aperit, naturamque ingenio transcendens, prohibitus cibaria reponit. Onus sibi impositum bajulat,

Digitized by Google

lat, exhiberi zelosum defensorem mei se amat, ludit egregie, mirandaq; facit prorsus insuetis incredibilia. Vale. Ioan. Trith. Abbas Sancti Martini in Spanheim scripsit 3. Id. Martij. Anno M. D.

ט ב H

2. Has aut quaslibet alias cum acceperit, cui mittuntur, amicus, signum intelligit principis esse Occidētis: vnde premissis ex more præmittendis ad Occidentem se vertit, vocat spiritum, inuisibilem missum contestans, vt visibilis fiat nec cuiquam dicat.

CARMEN SPIRITVS.

† *Malgaras apro chameron asoty mesary throes Zameda sogreal paredon adre Caphoron onatyr ti rno beosy. Chameron phorsy mellon tedrumarsy dumaso duise Casmiel elthurny peson alproys fabelronty Sturno panalmo nador.* † Cōpleto carmine aderit Spiritus ipse vocatus more suo reuelans tibi, quæ in mandatis suscepit, fideliter, cum quo remandare poteris amico, quicquid volueris eum scire occultum.

Noni dilucidatio Capitis.

Adeò expressè locutus est noster Author in capite proxime antecedenti vt vix remaneat vlterius in aliis capitibus alicui illustrationi locus. Sicq; breuiter, ea quæ tantū Trithemius obmisit adtingemus.

1. *Malgaras)* מל גר אש *Loquens & peregrinans vir*, est Princeps cardinis Occidentalis ejusq; Abecedarius.

Potestas. q r s t u v w x y z & æ œ ę ç ✠ a
Character. A. B. C. D. E, F. G. H. I. J. K. L. M. N. O. P. Q.
b c d e f g h i j k l m n o p
R. S. T. V. V. W. X. Y. Z. &. Æ. OE. ę. ç. ✠. vel 9.

2. *Has aut)* Recipit litteras cognoscit characteres, & viso Teth statim certus est Tabellarium inuisibilem esse Malgaretem, & ex H in principio Pylam cognoscit constitutam, & sic incipit legere,

æqysqv tyea cyset œex✠qbwçbyxs ytytbu✠.

Adceptâ hac periodo Mysticâ conmittit illam Malgareti spiritui obcidentali, vt explicet, si eum vrgeas ex arte visibiliter cantabit sic,

Maseaf din q' sic nd mnhpargo ribc id id rep.

Digitized by Google

Hinc vides quod Malgaras resistat & non dignetur suum secretissimè mysticum idioma derelinquere, atq; latinè agere, consultò idcirco in subscriptione erat ꝓ character Rasbielis recursorii spiritus, qui a fine ad principium Malgaretis verba recurret sic.

Perdidi chirographum Ducis! quid faciam?

sicque cognoscit adflictionem amici, tractatque de remedio.

Coniurationes non explico, manent etenim jam superiore capite explicatæ.

CAPVT X.

CVIVS PRINCEPS SVPREMVS VOCATVR Dorothiel, eam plagam orbis inhabitans, quæ Chorus appellatur a vento; & habet sub se multos duces & famulos.

DEcima mansio vocatur Chorus a vento, in qua moratur magnus Princeps 1. Dorothiel, qui habet sub sua potestate & dominio 40. duces, qui præsunt operationibus diurnis, & 400. qui præsunt nocturnis absq; famulis & seruitoribus pene infinitis. Horum officium est omnia nunciare arcana, quæ pertinent negotia spiritualia, & ad dona ecclesiastica, beneficia, prælaturas dignitates & similia. In operatione autem Steganographiæ, ducum Dorothielis non est opus omnium nomina in medium proferre: sed sufficiex quolibet ordine pauci. Reliquorum nomina in suo loco cum cæteris exponemus. Et de his tabulam considera.

SVBDVCVM INDICVLVS.	Mugael	F	1055	Gudiel	M	556	Nachiel	S	151	Phuriel	J	56	Diurni
	Choriel	G	151	Asphor	N	6	Osiel	T	52	Cayros	Y	00	
	Artinc	H	101	Emuel	O	1056	Eulia	U	56	Narfyel	Z	50	
	Esiel	I	51	Souiel	P	56	Moniel	V	1051	Moziel	&	51	
	Maniel	L	1051	Cabron	Q	100	Pasiel	W	51	Azoriel	Δ	51	
	Sutiel	L	56	Diniel	R	557	Gariel	X	51	Cusyne	Ω	200	
	Carsiel	ϝ	151	Abriel	ϟ	51	Soriel	S	51	Vraniel	I	56	No Eurni
	Fubiel	ϙ	56	Danael	N	550	Darbor	L	500	Pelusar	Λ	5	
	Carba	H	100	Lomor	O	1050	Paniel	Ω	51	Abael	Z	50	
	Merach	I	100	Cesael	ϡ	150	Curfas	A	105	Meroth	ϡ	1000	
	Asthor	K	0	Basiel	ϑ	56	Aliel	M	101	Cadriel	V	651	
	Omael	T	50	Larfos	R	50	Maziel	X	1051	Lobiel	ϑ	151	

Digitized by Google

Ecce habes de Principibus Dorothielis ex quolibet ordine diurno scilicet & nocturnis 24 duces, cum numero seruitorum. Et nota, quod operatio per istos multum est à ceteris diuersa, quemadmodum large de domino dicemus. Nam secundum 12 horas diei & noctis operandum est in mansione ista, semperque duabus horis præsunt quatuor principes, tam in die quam in nocte: ita vt non liceat tibi aduocare alium, nisi ex ordine, quem hora concernit. Vt si fit operatio in prima vel in secunda hora diei: voca, quem volueris, ex primis quatuor qui præsunt diei: si in tertia vel quarta, ex secundis quatuor ducem noueris esse vocandum. Et ita consequenter est faciendum per omnes ordines & 24 horas tam in die quam in nocte. Cum autem volueris operari in Steganographia per Spiritus ipsius Dorothielis: præmissis generalibus in arte præmitti consuetis, scribe litteras qualescunque volueris, vertensque te ad eam plagam orbis quam à vento communiter Chorum appellamus, voca vnum aut plures ex quatuor, qui præsunt horæ, in quâ operaris. *Dorothiel cusi feormadylon busar pamersy chear iamthym baony Camersy vlymeor peathan adial cadumyr renear thubra Cohagier maslon Lodierno sabelrusyn.* His dictis Spiritum apparentem videbis, quem vocasti, promptum & hilarem ad obediendum, cui arcanum tuum committas secure & fideliter. Tabulam præcedentem aspice.

Ponamus mentis quodcumque arcanum litteris committendum.

Est tibi negotium, in re qualibet spirituali ad Principem, valde & arduum & secretum, quod nulli mortalium nec litteris quidem putas credendum. Vis illud scire principem? Litteras pro paupere clerico supplicatorias aut quaslibet alias

Digitized by Google

lias fingis ad eum vocas ſpiritum, committis illi ſecretum: fideliter agit omnia.

Literas quaſcumq; volueris dabis, in quibus non verearis quicquam.

PHILIPPO COMITI MAXIMO. S.

SIgnificô Gratiæ veſtræ Illúztrízsim ę Princeps, Cônradum Hummel, qùi erat beneficiatus ſuper altare ſancti Euãgeliſtæ Iohannis defuuctum eſſe nocte præterita. Ne autem Gratia veſtra vel vni ex imperitis vel indignis, quôrùm reor grandem nûmerûm affuturum (qùod fieri ſolet) altare dictûm expectantiûm: ſêd útiliôri vìro reſeruandum ex îndeliberato cõcedât, oro: licet longe exiſtam indignus, qùam vt preces meę in maximi & nobiliſſimi principis cõſpectû aliqûod bèneficiũ reportare videantur, digne quatenús † gratjà vèſtra præſentium exhibitori, repulſis indignioribus, âltare præfatum concedere dignetur: quem cognoui optimís beneficiís dignũ, quippe quem morum pulchritudine adornatum, ſcientja atq; literis omnifariam eruditum, modeſtum, continentem, temperatum, amoreque religionis Gratiæ veſtræ nouerim eſſe placiturum. Eritqué beneficiis exhibitis, non ingrâtus, ſed perpetuo memor. Datæ ex Spanheim, pridie Idus Marçij, Anno domini nóſtri 1500. Ioânnês Trithemius.

3. Cum has meas vel quaſlibet alias acceperit literas princeps, aut alter, cui mittuntur, in arte peritus: ſigno Dorothielis cognito ſe vertat ad Chorum (vbi ipſe ſpiritus cum ducibus & ſeruitoribus ſuis moratur) faciens omnia & ſingula quæ ars ipſa requirit. Deinde ſpiritum voce ſubmiſſa tacite vocet vt nouit.

Dorothiel onear chameron vlyſeor maduſyn peony oriel nayr druſe mouayr pamerſon etro dumeſon, dauor caho. Caſmiel hayrno, fabelrunthon. Completo carmine iſto ſi moram fecerit ſpiritus in veniendo: iterum legat vſque tertio: & ſine omni dubio viſibilis apparebit, & reuelabit ad autem commiſſa.

De-

Digitized by Google

Decimi Commentarius Capitis.

Dorothiel) Spiritum, qui dicitur præesse rebus Ecclesiasticis, idcirco vocatur דורותי—אל *Generationes Dei*, quia licet omnes homines sint adceptione communiore Dei filii, particularissimè Ecclesiastici tales cognominantur. Iste est spiritus qui habitat in cardine Chori venti, & litteras quando legit articulat hoc modo.

Potestas. s t u v w x y z & æ œ ę ç ✠ a b c d e f
Character. A B C D E F G H I J K L M N O P Q R S T
g h i j k l m n o p q r
U V W X Y Z & Æ OE ę ç ✠ vel 9.

2. Recipit Comes Palatinus Epistolam nulli subspectam, & viso charactere Iod cognoscit animatam esse spiritu Dorothielio, quærit Pilam & constat esse sub potestate ɣ Pylori Larfi, qui est quinquagurio, cumque maxime sit vrbanus, & politicus, & veniat ✠ Padiel Melion postulans dimidiam legionem, abnegare non potest & sic remanent tantum cum 25 militibus, ideoque Pylam constituit in dictione vigesimâ quintâ, à quâ incipiens Palatinus per minutias Spirituum colligit hanc propositionem quam scribit in quadro propter spiritũ ſ, Abrulchen qui per eam debet Steganohraphicus ascendere.

q o c v q &
o æ c j c w
ę s s ✠ a q } עברולחך
s c s s i w } ABRVLCHES.
z a a b v r
z b b w œ o

Percuirit tetragonon istud Abrulches, & profert

Orwqw & œvi ac qwbs ✠ jvbas sccb, ac saozzsęoq.

Sequitur ʁ Rasbiel, & verba Abrulchæ recurrit sic

Qoęizzo asca bc es sab, vj ✠ sbwq cai vœ & wqwro.

Cumque adhuc non intelligãtur superuenit spiritus Dorothiel (cuius character est Iod) & influxu Chori suauiter flantis ab occasu desideratam vocem emisit dicens.

Capellaneus tuus est Hæreticus & homicida.

Cognouit Comes sui Sacerdotis crimina, indignumque tanto honore judicans judicibus remittit Ecclesiasticis, vt non remaneret piaculum tantum inpunitum.

Digitized by Google

CAPVT XI.

Cuius Spiritus supremus vocatur Vsiel, habitans ad eam plagam orbis, quam ex vento inde flante Subcirciam appellamus: qui habet sub se 40. dimes in die, & 46 in nocte.

VNdecima mansio totius orbis vocatur Subcircia a vẽto videlicet, qui ex illa parte venire consueuit. Ad hanc plagam moratur magnus Princeps qui vocatur Vsiel, habẽs sub se 40 principes, qui præsunt operationibus diurnis, & 46 qui præsunt nocturnis. Horum officium est nuntiare occultos, & subterraneos thesauros, & omnia quæ ad rationem thesaurorum pertinere videtur. Ex his paucos, & quot sunt in operationibus Steganographiæ hoc loco sufficientes, nominabimus: & reliquos cum aliis ad proprium capitulum in fine huius libri nominandos reseruamus. Et nota, quod duces istius mansionis quando vocantur ab operante, libenter & cum maxima hilaritate venire consueuerunt. Et quamuis multos habeant famulos: nunquam tamen vidi, quod aliquem eorum secum adduxerint saltem visibilem. Si quis autem vellet vti ministerio famulorum: posset quoniam sub Principibus sunt, & coguntur eis in omnibus obedire, si operator fuerit talis, vt nouerit eos debite vocare vel etiam compellere, si tardius apparere voluerint.

PYLORΩN VSELIORVM TABVLA

Occidentalis	Abaria	F	1							*Orientales*
	Ameta	G	1000	Saefar	K	00				
	Arnen	H	0	Poriel	L	51	Maqui	N	1006	
	Erne	I	0	Sacfor	M	100	Amandiel	O	1511	Barfu P 5
	Garnacu	Q	105	Tabariel	S	51				
	Hissan	R	1	Vsiniel	T	57				*Meridiani*

Digitized by Google

	Ansoel V 50	Barfos X 0					
	Godiel O 551	Burfa Y 5				*Occidentales*	
Nocturni	Saddiel V 1051	Aseuriel H 156	Pathic X 100		Ethiel P 51		
	Sobiel B 51	Almuel H 1105	Merae I 1000				
	Occidiel C 752	Laspharon C 0					
	Adan D 500					*Mediinoctii*	

Ex quadraginta principibus Vsielis, qui presunt operationibus diurnis habes 14 cum seruitoribus eorũ in magno numero, & 14 qui præsunt operationibus nocturnis cum famulis eorum: cum his vtriusq; ordinis duo signa (ad probãdum & cautelam de thesauro, sicut nosti, ne possit a latronibus inueniri) cernis opposita, quibus vtimur pro custodia thesauri inuenti interea quod spiritus mittitur ad amicum. Cũ ergo volueris in hoc negotio (aut alio) per spiritus operari: si negocium est maximum aut pertinens ad Principẽ: voca duces quos volueris ex ordine quaternorũ: si proprium, ex trium: si priuatum & paruum, ex duorum. si vile & minimũ, tunc fiat in nocte in ordine solitariorum tantum.

Vsiel Parnothiel chameron briosy sthrubal brionear Caron sotronthi egypia odiel Chelorsy mear Chadusy noriel ornych turbelsi paneras thorthay pean adresmo boma arnotiel Chelmodyn drusar loy sodiuiel Carson eltras myre notiel mesraym Venea dublearsy mauear melusyron chartulneas fabelmerusyn. His versus Subcircium sub silentio dictis, sicut tempus locusque permittunt; fac cætera quæ ars ipsa expostulat, & committe spiritui jam apparenti arcanum cum sigillo mysterii profundi, nihil hæsitans: quoniam duces isti omnes boni sunt & fideles.

Ponamus quod habeas tale mentis arcanum nulli penitus confidendum

Inuenisti maximum in Thecis mortuorum vel quolibet alio loco

Digitized by Google

sub terrâ thesaurum, vel nosti certo latenter absconditum: solus ad exportandum non sufficis, nec tamen alicui circa morantium confidis. Habes amicum fidelem, sed procul absentem, cui reuelare mysterium cupis, sed nec litteris nec nuncio confidis, ne per æstum in palam & in periculum incidas, & lucrum amittas. Vocas ergo spiritum. Venit, perfert ille nuntium, vocat amicum. Venit, iuuat, participat.

Literas, vt volueris scribito, in quibus nihil omnino sit metuendum.

MItto tibi orationem, quam edidi in nuptiis cuiusdam mei amici. Deus omnium Creator humanique generis Redemptor, omniumquê Saluátor, ne genus humanum periret, etiam nuptiarũ sacramentum instituit: Legimus enim quod primo homini Euam iunxerit mulierem, dixeritquê: *crescite & multiplicamini* legem instituens conseruande humanitatis. Postea Deus incarnatus dignatus est nuptias sanctificare miraculo. De Deo bene merentur seruantes constituta: hominibus autem plus conferunt, qui pudicum coniugium Zelo prolis assumunt. Vos ergo qui coniugium honestum assumitis iure laudauerim Saluatoris nostri exemplo. Ille namque miraculis, ego vero verbis institutum rite nuptiarum necessarium sacramentum collaudabo: sim licet non nuptus, iure nuptias tamen laudabo. Enimuero si tollatur coniugium, deficeret & rueret totum genus humanum. Vsu enim nuptiarum genus extat hominum, quamuis ruinosum, debile & corruptibile: quod tamen sine nuptiis non perseueraret. Sed hoc agite vos, vt fœcunditas vestrarum nuptiarum decorata sit moribus & conuersatione sancta, & nemini scandalum ponente. Inprimis Deum amate, continue operibus misericordiæ cum iusticia incumbentes, impietatem fugite, rectitudinem colite, bonos amate, laudes Deo semper dicite, pauperibus cum eleemosynis subuenite, mandatis Dei obedite. Veritatem nolite deserere, Dei ministros honorate, Ecclesiis decimas soluite, peregrinos hospitate, innocentes liberate, famelicos pascite, maioribus vestris obedite, proximos vestros honeste diligite, iniuriam nulli penitus irrogantes: Christianam religionem deuotissime colite: vanos, noxios, superstitiososque mores gentilium abhorrete. Doctrinas Euangelicas seruate, & viuite secundum præcepta Dei. Carnis voluptates fugite, vosque honestos & bonos exhibete, puritatem mentis solicite custodientes nolite maculârê. Memento obsecro, quid in sancto Euangelio Christus Dominus noster clamauerit: *Beati mundi corde:*

qui

Digitized by Google

qui sc. † munditiam animæ in lutoso corpore propter Deum custodiunt. Munditia autem cordis continuis humillimisquè orationibus non dèstituatur † quoniâm oratio mêntém purificat, æstuantes refrigerat, temptationes diaboli procul fugat. Hinc sanctus Apostolus Paulus docet vos sedulis & deuotis orationibus insistere, vt noxias tentationes possitis superare. Coniungimus vos matrimonio, quâtênus genus vestrum legis decreto propagatum construetis: non vt affluere noxiis voluptatibus debeatis. Voluptates enim carnis interficiunt animam, corrumpuntquè humanæ súbstantiæ nobilissimam dignitatem futurorum. Itáq; hôrum memores scitote vos viâtorês êsse, reuersuros ad pátriam, ad quam estis reuóçati. Breuissima est vita præsens: iocunditasque seculi velóçissime terminâtur. Sic ergo in matrimonio viuite, vt ad regnum cælorum post mortem, cum exaltatur, veniatis. Ioannes Trithemius, Abbàs Spanheimensis, ordinis Diui Patris Benedicti, ædidi pridie Iduum Martii, Anno natiuitatis domini nostri Iesu Christi. M. D. כ —— Q

Cum has vel quaslibet alias cui mittuntur acceperit literas; cognito signo magni Vsielis, faciat occulte sicut nouit ex arte faciendum: deinde vertat se ad Subcircium & dicat Carmen. †*Vsiel asoyr parmon cruato madusyn sautpy mauayr realdo chameron ilco paneras thurmo pean elsoty fabelrusyn iltras charson frymasto chelmodyn*† Hoc dicto carmine spiritus se visibilem ostendet, commissaque reserabit: & si quid ei ab isto fuerit commissum, referet ei ad mittentem.

Vndecimi expositio Capitis.

1. *Vsiel*) אשאל υσιηλ Ignis Dei cognominatur a mentis maximo splendore, eius character est כ. Abecedarius, qui subsequitur.

Potestas.	u	v	w	x	y	z	&	æ	œ	ę	ç	✠	a	b	c	d	e	f	g	h
Character.	A	B	C	D	E	F	G	H	I	J	K	L	M	N	O	P	Q	R	S	T

i j k l m n o p q r s t
U V W X Y Z & Æ OE ę ç ✠ vel 9.

Litteræ, quas ponit hic Author, venerunt ad amicum fidelem in arte exercitatum Steganographicâ, vidit Caph & in ea dominum hujus notæ Vsielem, & Pylorum Q, qui est Garnacus, cujus nomen valet arithmeticè 105. sic qui dicendum innuit in centesimâ quintâ dictione residere quæ est *Totum*. Incipit amicus ex eadem dictione

 collige-

Digitized by Google

colligere minutias Spirituum, & reperit,

Uzbq zu ✠ t' q' ççmaę ay çuzq' ✠q' qd ✠ęmqęq bqa ; a & ççay bqob ęsx, & ç ✠,m,uy bqzu.

Quæ verba cum sint ex illo secretissimè arcano idiomate, quod nulli hominum sed tantũmodo spiritibus Steganographicis est notum, recurrendum fuit ad illum cujus characterem præ se ferebat epistola, videlicet ad Vsielem, qui statim, sine mora vrbanum se exhibuit nunciusque hilaris clamauit sic.

Inueni Thesaurum, sine te extrahere nec possum, nec vale statim veni.

CAPVT XII.

Cuius Spiritus & supremus Imperator Cabariel, moratur ad eam plagam orbis qui Circius a venio dicitur, & habet sub se 60 Principes in die, & 59 in nocte.

DVodecimam orbis descripti mansionẽ, quæ est versus eam plagam, à qua ventus Circius inflat, Cabariel Imperator magnus inhabitat cum infinitis spiritibus, inter quos sunt ad operationem Steganographiæ deputati pro diurnis 60 & 59 pro nocturnis omni tempore, qui multis famulis præsunt & valde potentibus. Istorum officium secreti est auisare amicos, patefacere insidias, & a quibus sit maxime cauendum, admonere absentem. Ex his omnibus paucos nominabimus.

PYLORORVM INDEX.

Satisiel F	52	Etymol P	50	Mador Q	1500	Lodiel V	5051
Parius G	6	Clyssan O	50	Puniel R	56	Morias W	1091
Godiel H	5051	Elitiel N	102	Cugiel S	56	Pandor X	500
Taros I	00	Antel M	50	Thalbos T	50	Cazul Y	155
Asoriel K	51	Cuphal L	150	Orym U	1000	Dubiel Z	556

Habes nunc ex centum principibus Cabarielis magni, viginti, & sufficiunt tibi ad præsens: quorum primi decem pro diurnis operationibus cum famulis sunt deputati, & alij decem

Digitized by Google

decem pro nocturnis similiter cum seruitoribus suis. Et scias, quod spiritus diurnis operationibus præsidentes multo sunt nocturnis beneuolentiores, & ad obediendum promptiores: ita vt sæpe oporteat ipsos nocturnos cum quanam violentia compellere, sæpiusq, conjurationem repetere. Famulos, cum iubentur, secum adducunt: si iussi non fuerint, abscondunt. Cum volueris per ministerium istorum spirituum operari, vertas te ad eam plagam quam diximus: & præmissis de more præmittendis, dic Coniurationem istã.

Cabariel onear chameron fruani, parnaton fosiel bryos nagreal fabeltrontyn adiel thorr ay nofruau pean afesiel chusi. Completo carmine, si fuerit in die, statim aderit spiritus vocatus sine mora. Si autem fuerit in nocte & moram fecerit in veniendo spiritus quẽ vocasti: totiens vrgeas eum, donec veniat per repetitionẽ Carminis, quod valde reuereri solent.

Ponamus pro exemplo quoddam arcanum nulli omnino confidendum.

Fidelem habes amicum, cui faues, vt tibi ipsi, sed procul absentem cui reuersuro nosti ponendas à potẽtiore insidias in via aut quolibet alio vel loco vel modo. Auisare cupis nescientem: sed periculum tibi magnum instaret auisanti, si fieret palam. Vnde nec litteris committendum, ne legantur ab aliquo: nec homini confidendum, ne reuelari contingat. Vt ergo & maneas tu securus, & amicus sit auisatus: Vocas spiritum, committis arcanum: fit.

Literas mittis amico familiares vel orationem deuotam, quæ videri patiatur.

COmmodauoram tibi Codicem meum de gestis Lôngobardorum & volumen Bedæ de temporibúz, quę oro remittas. Déket enim sapientem & máxime Christianum, fidem vbique seruare prômissam. Bę\nę\ficiôrum obliuisci, diuinis & nostris institutis humanis maximum k\rimẽ perhibetûr. Ne incûrras tam peccabilem reatum. Misi tibi vôlumina mêâ, vt êa aly\quando restitûas. Libros verò græcos tibi gratis donaui, quorum intuitu te meritò & re gratificantem nobis

Digitized by Google

nobis & fideliorem exhiberes'. Vale, ex Spanheim, Idibus Martii. Anno domini M. D. ל ꝶ G

Cum has aliaue quaslibet abs te missas litteras amicus receperit; cognito signo Cabarielis, vertat se ad orbis plagam illam, à qua Circius progreditur vetus, & præmissis ex more præmittendis, hanc legat sub silentio orationem.

CARMEN CONIVRATIONIS.

†Cabariel afiar paremon chiltan amedyn sayr pemadon chulty mouayr sauepor peatha mal frimaston dayr pean cothurno fabelrusyn elsoty chelmodyn.† Hoc carmine dicto versus Circium, Spiritus statim apparebit visibilis, reserans illi commissum arcanum, referetq; tibi si quid ille commiserit.

Capitis duodecimi explicatio.

Est apud Hebræos radix כבר idem atque apud nos *multiplicare* vnde ab hac radice potest dici Spiritus *Cabariel* כבריאל quasi *multiplicator maximus* eo quod habeat seruientium copias, & numeros opulentissimos: posset etiam talis dici à radice קבר quæ est *sepelire*, propter secreti maximam securitatem, quia idem est arcanum committere ipsi קברואל, ac sepelire; sepelire enim secreta dicimus, quæ nulli debent reuelari. Ejus Character est ל Lamed, & ipsius Abecedarius qui sequitur.

Potestas. w x y z & æ œ ę ç ✠ a b c d e f g
Character. A. B. C. D. E. F. G. H. I. J. K. L. M. N. O. P. Q.
h i j k l m n o p q r s t u v
R. S. T. Ꝟ. V. W. X. Y. Z. &. Æ. OE. ę. ç. ✠. vel 9.

Venit epistola Trithemii ad manus inimicorum, legunt, ab omni subspicione libera judicatur remittitur ad eum ad quem dirigebatur ipse doctus Stegapographiæ cognoscit spirituum characteres, ex Lamed cognouit Gabarielem quærit ipsius Pylorum G, reperit quod est Parius, qui in sextâ residet dictione, ab illa incipit, & legit hanc obcultissimam sententiam.

ozvk xto ęęox kwa ayw

Cumque videat immediatum characterem ꝶ, qui est insigne Spiritus Rasbielis, Intelligentiæ recurrentis, vocat ipsum & præteritam Orationem retrogreditur visibiliter sic.

Digitized by Google

Wya ωvkxoę ęosx kvζo.

Quæ cum adhuc non percalleret, & sæpe conjurato Rasbiele, semper ipsissima audiret cognouit illum Spiritum esse rebellem, atque contumacem, & sic dimisit eum venitque ad mansuetissimum Cabarielem, conuersusque ad Circium ipsum audiuit personantem.

Mors manet te in Alpe.

Sicque ab Spiritu monitus conducit custodes, transit securus, linquit Italiam, optatumque intrauit in Belgium.

CAPVT XIII.

Cuius Princeps Rayfiel vocatur, habitans directe ad Septentrionem, sub quo sunt 50 principes, qui præsunt diurnis operationibus nostris, & 56 qui nocturnis: quorum est nuntiare traditiones.

TErtia decima mansio est in Septentrione, cuius Spiritus & supremus Imperator est Rayfiel, qui habet sub suo dominio duces 50 qui præsunt operationibus diurnis, cum seruitoribus multis, & 56 qui pręsunt nocturnis cum famulis eorum, Istorum officiū est, in his causis & traditionibus, quæ pertinēt ad mortem auisare amicos operantis, & nuntiare arcanum. Duces, qui operationibus diurnis pręsunt, libenter obtemperant vocanti, & veniunt hilares, iocundi, & paratissimi ad obsequendū: sed illi qui nocturnis præsident, aliquātum sunt proterui, quia lucem valde oderunt & detestantur, nec facile obtemperāt, maxime nouiciis in arte minus probatis, quos frequenter in faciem irridēt, nisi cōiurationibus ita cōstringantur operantis, vt contradicere non pręualeant. Valde enim coniurationē timent, & quasi vnicū dantur plus coniurare, quā diurni spiritus, & tamen inuiti obediunt. Sed iam ex omnium istorum numero ponamus paucorum nomina & numerum famulorum quanti nobis ad operationem consuetam sufficiunt.

Digitized by Google

SVBDVCVM PYLORORVM INDEX.

Baciar F 101	Astael L 50	Chanael Q 150	Melcha T 1150
Thoac G 100	Ramica M 1101	Fursiel R 56	Tharas V 0
Sequiel H 56	Dubarus N 510	Betasiel S 51	Vuiel X 61
Sadar I 500	Armena O 1000		
Terach K 100	Albhadur P 550		

Thariel V 51	Lazaba Ǝ 50	Lamas ⊤ 1050	Thurcal ϑ 155
Paras ꝑ 0	Aleasy ꟻ 50		
Arayl ↄ 50	Sebach ϩ 100	Belsay ⲙ 50	Sarach ⲣ 100
Culmar ⊏ 1155	Quibda ⲕ 506	Morael ⊃ 1050	Arepach ⊥ 100

Habes nunc optime lector ex 50 principibus diurnis sedecim cum famulis eorum, & ex 50 nocturnis 14 cum famulis, qui tibi sufficient ad omnes operationes tam nocturnas quam diurnas. Cum autem volueris operi per eos secundum horas intentas, elige ex ordine disposito quem volueris, & voca eum à Septentrione (quoniam omnes ibi morantur) per istud Carmen.

CARMEN CONIVRATIONIS.

Rayfiel afruano chameron fosiel onear Vernabi parnothon fruano Caspiel fufre bedarym bulifeor peau Carmaby Layr Vaymeor pesarym adorcy odiel Vernabi peatha darsum lasphenoo deuior Camedonton phorsy lasbenay to charmon druson olnays, Venouym luiefon, peorso fabelrontos thurno, Calephoy Vem, nabelron burul thorasyn charmory Capelron.

Carmine rite & sub silentio completo, aderit spiritus vocatus. Committe secure arcanum, perferet referetque committendum. Si vero nocturnis operationibus præsidentes, vt solent plerunque, tardare videris: Carmine eos viriliter iterando compellas, nihil metuens: te enim vt dominum reuereri cogentur.

Habeo secretum, quod nulli confido perferendum huiusmodi.

Pono casum amicus est mihi quispiam Nobilis & doctus, quem

Digitized by Google

noui secreto necandum per sicarios quosdam mercede conductos. Auisare palam non audeo, quia mihi periculo sum: in causa familiari & secretiori, ne literæ in aliorum deueniant manus, timeo hominibus, vt ore loquatur considere non præsumo: quia qui mecum est hodie, crastina forsan contra me stabit: Itaq; ad consuetam confugio artem, cui quicquid commisero, fieri publicum, etiam si ex inimico tentari contingeret, non formido.

Literas mitto familiares amico, in quibus nullum formido periculum.

MAximum nobilitatis ornamentum, iustitiam Philosophiamq; de decus impietatem & ignorantiam definit vetustas. Quid enim pulchrius, quam literis virtutibusq; ornare nobile genus, quod militat. Hæc plurimum cæterosque militantes complures nobilissimos viros reperimus & noctibus actitauisse & diebus, vt armis barbaros expugnarent, rectitudine gentem suam literisque erudirent. Horum exemplo Bumauw doctissime literas humanitatis artesq; bonas euoluere non cessas armis & literis decoratus: & veteres olim Principes sapientissimi consueuerunt opes non thesauris suis includere, sed potius vsui literario conferre: honestissimum ad fœlicitatem tendentibus suffragium arbitrantes sapientiæ studium, quo æternę retributionis beatitudo acquiratur. Enimuerò scientia scripturarũ principes omnibus venerabiles facit, máximéq; timẽdos. Ignorantia scripturarũ viui hominis sepultura dicta ignominiã, calamitatemq; horrendã principibus nobilibusq; afferre cõsueuit. Homo sine literis est asinus bipes, viuusq; sepeliendus, immo sepultus. Máximè nobiles & rempublicam gubernantes esse sapientes atq; nõtabiles scientia literarum oportet, quarum ignorãtia tyrannidem inducit. Amor quoque literarum gesta principum inclyta nobilium que perpetuitati commendat. Cernimus enim veteres Philosophos principatus memoriam obtinuisse, nominisque immortalitatem conzequutos plus literis quam armis apud omnes homines sempiternam: plus enim literæ quã arma gloriosos, excellentes sapientesq; tyrannos & principes reddiderunt, quorum memoriam laudumq; titulos immortalitate donarunt. Adde quod Christianis studium litterarum summũ & honestissimum euolandi ad Cælum præstat adiumentum. A scriptuis enim contemplari incipimus diuinarum illustrationum coruscantem honorabilemq; maiestatem, nobis alioquin inaccessibilem. Ita Henrice miles doctissime literis faueas, vt rectitudine decoratus semper viuas. Vale, ex Spanheim, Idib. Martij. Anno M. D.

H

Digitized by Google

Posteaquam has literas alias ue quaslibet amicus acceperit in arte peritus, signo Raysielis cognito, præmissis ex more consuetis, ad Septentrionem se vertat, & spiritum hoc carmine vocet.

CARMEN CONIVRATIONIS.

†*Raysiel myltr an fruano fiar chasmy clymarso pean Sayr pultho chultusa medon vepursandly tusan axeyr afflon.*† His dictis spiritus missus statim visibilis apparebit, reserabitque tibi omnia & singula, quæ mandaui ad aurem. Et scias velim, quod nonnulli spiritus nocturnis operationibus præsidentes in nocte non libenter veniunt ad operationem, nisi maximis compellantur sacramẽtis & coniurationibus: qui tamen postquam venerunt fueruntq; missi ad amicum, cito apparere consueuerunt & obedire vocanti, nisi forsan ipse, qualibet occasione deceptus, aliquid negligeret in arte præceptum.

Tertiidecimi expositio Capitis.

Duas habet nomen hoc Raysiel a duabus diuersis originibus significantias: primo enim potest esse ראש—אל *Capitaneus magnus*, sic dictus quod acies Septẽtriones fortissimas gubernet, secundò (& hoc fortasse magis ad Trithemii conducit mentem) dicitur talis, quasi רז—אל *secretum magnum*, quia quæ isti Principi committuntur à nemine possunt reuelari, vel si cui videatur hoc omnibus (vt reuera est) commune spiritibus, adjiciamus etymologiam tertiam, nomenq; hoc extrahemus a radice רצה quæ est *benigno amore prosequi*, vnde רצהאל *Amorus amabilis, et diligibilis*. quod nomen si non essentiam exprimit, saltim commendat bonitatem.

Hujus Spiritus character est Men, & Abecedarium Septentrionalis, quem clarioris doctrinæ gratiâ subjungere decreui.

Potestas y z & æ œ ę ç ✠ a b c d e f g h i j k l m
Character A B C D E F G H I J K L M N O P Q R S T U
n o p q r s t u v w x
V W X Y Z & Æ OE ę ç ✠ vel 9

Venit epistola ad amicum Ioannis Trithemii hujus secretissimæ peri-

Digitized by Google

peritum scientiæ, & statim dixit.

Ipse venit sonuere Maim, Mem littera monstrat
Signa equidem nosco per sua, missus adest.
Iungitur huic Sequiel Sotio Padiel Pylorus
Demonstrant numeros, Arte fauente, Pylæ.

Hæc erat in dictione vigesima tertia, sicque ab ipsissimâ initium sumens reperit hanc obcultissimam periodum.

Pmuqi qœ & il kmxqa xm kœvqi & œa wjkqlmz ma & içm.

Consulit Raysielem, & ipse beneficus, vt nomini suo amabili corresponderet statim respondit sub his verbis.

Hemilius adcepit pecunias, vt te obcidat, caue.

Cognoscit Spiritus ministerio inimicum, cauet sibi ab illo, vel tandem cum perseuerantem in conspiratione jubet de medio tolli, vt liber maneat, & qui iniustè volebat obcidere: non subpetente alio remedio, iustissimè obcidatur,

CAPVT XIV.

Cuius Princeps supremus vocatur Symiel, qui habitat ad Aquilonem, habens sub se principes 10 qui præsunt operationibus diurnis cum famulis multis: quorum officium est familiare secretum perferre.

QVarta decima mãsio est ad Aquilonem, distans à principio Septentrionis 21 gradibus, & modicum amplius: cuius supremus Imperator est Symiel, qui habet sub se 10 duces, qui præsunt operationibus diurnis, cũ multis famulis eorũ. Operationibus nocturnis multi præsunt duces, quorũ certum numerũ reperire non potui, qui famulos etiã sub se habent multos. Istorum officiũ est nũciare inter amicos arcana secretissima, quę nulli hominũ sũt manifestãda in ęternũ. Vt autẽ per ęos operari possis, si necesse fuerit explicabo tibi ex diurnis 10, & ex nocturnis totidẽ, & sufficiẽt ad prę sẽs

Subducum Tabula.

Asmyel F	1050	Larael L	100	Mafrus Q	1005	Marianu V	1006
Chrubas G	105	Achot M	100	Apiel R	51	Narzael X	50
Vastos H	5	Banier N	1	Curiel S	156	Murahe Y	1000
Malgron I	1050	Dagiel O	51	Molael T	1100	Richel Z	101
Romiel K	1051	Musor P	1005	Arafos U	0	Nalael V	100

Digitized by Google

Habes nunc principes decem nominatos pro actionibus diurnis cũ multis subseruitoribus & 10 pro nocturnis operationibus etiam cum multis substitutis, per quos poteris operari secure & absq; periculo: modo sis in Steganographiâ bene institutus. Nam quicumque ad operationes huius artis non bene institutus, in præceptis illius accedere presumpserit: aut nihil proficiet, aut periculum vix euadet. Non enim omnibus obediunt principes. Tu autem cùm hac ipsâ scientiâ volueris operari: præmissis rite præmittendis, te conuertas ad Aquilonem, & eo modo, quo tibi tradidi cõiura ducem, vt veniat per istud Carmen.

CARMEN AD SPIRITVS.

Symiel myrno chamerony theor pasron adiueal fauerosthi sofear Carmedon Charnoziel peasor sofitr an fabelrusy thyrno pamerosy trelno chabelron chymo churmabon, asel peasor carmes nabeyros toys Camalthonty. His dictis eo quo necesse est modo, spiritus aderit abs te vocatus ad obediẽdũ in omnibus mãdatis tuis, si fuerit operatio per nocturnos spiritus actitãda: & si cito nõ apparuerint, non desistas propterea, sed vrgeas eos repetitione carminis: & cõpulsi obedient.

Ponamus pro exemplo quodcunque arcanum nulli penitus committendum.

Habes aliquod negotium secretissimum ad amicum, quod te & ipsum concernit: cuius manifestatio tibi & illi perpetuum vel damnum vel confusionem inferret. Certe nec litteris tuto creditur ne ab aliquo legantur, nec committitur nuncio, qui diuulgabit in plures. Arte nostra vtêris, sic & tu eris tutus, & amicus sciet arcanum.

Formemus ad hoc quas placuerit litterulas, in nullo penitus suspectas.

Ioannes Trithemius Abbas Spanheimensis ordinis sancti Benedicti optimo adolescenti Iacobo Trithemio, fratri charissimo, S.D.

Litêris incumbens conserua humilitatem cordis. Mores boni iuuenes

Digitized by Google

uenes, ledrant, efficiuntque nobilibus clariores. Scientia literarum edorma iuuenem sanctitatem amantem: sine moribus iustitiæ carebit honore scientia. Adolescens vanitatibus vitiisq; immersus sapientiæ cõntemptor, non diligit zàpienziam veram, quam virtutibus inquirendam esse memineris. Moribus décoratur glorjà erudiendorum iuuenum, quoniam sàn ctis artibus confertur honor glóriæ Cœlestis: infructuosæq; scientia tormentis æternis cruciabitur. Virtutibus & litę ris scientia proficit: vtrumq; deficit vicijs maculatum. Sperne voluptates, vt experimento intelligàs sapientiæ veritatem, éx Spanh. I——L

Recipiẽs has literas in arte Steganographiæ peritus, mox vt viderit characterem Principis Symielis, quid sibi faciendum sit, intelligendo percipit: vertensque se, præmissis præmittendis, ad Aquilonem, coniurationem dicit.

CONIVRATIO.

Symiel marlos pyrcobi pean fruary fabelronti gael to fiargoti melassor hialbra penor oleſy Atulbrany ordu Casmeron omer vemabon. Completo carmine, spiritus missus apparens commissum sibi fideliter implebit officium.

Expositio Capitis.

Dicitur iste princeps אל—שם *Nomen magnum*, quod ditissimus, & illustris sit in omnibus operationibus, habet enim Ministrorum maximam copiam, Pylori custodesque in maxima excellentia, & præstantia, ejus character est Nun initiale, & Abecedarius qui subjicitur.

Potestas & æ œ ę ç ✠ a b c d e f g h i j k l m n o
Character A B C D E F G H I J K L M N O P Q R S T U
p q r s t u v w x y z
V W X Y Z & Æ OE ę ç ✠

Recipit Iacobus Trithemius fratris sui litteras, & ex charactere litteram intestinam esse quærentem cognoscit, quarit L Pylorum reperit esse Laraelem, ejus sedem dictionem centesimam, numerat & inuenit hanc esse *Inmersus* in repetitione, ab hoc exordium sumit & legit.

Sozzk gj sk Grkeg tix, &c.

Ignarus

Digitized by Google

Ignarus linguæ Mysticæ quærit hujus profundissimæ sententiæ interpretem, nullus præsto est nisi inuisibilis Tabellarius Symbol, conuersus ad Aquilonem ipsum vocat, ille non renititur, audit, venit, transducit, dicit.

Mitte ad me Alexandrum,

Summo statim Iacobus secreto Alexandrum ad Abbatem remittit, vt ad ipsius votum & voluntatem sit paratus.

CAPVT XV.

Cuius supremus Imperator est Armadiel, qui moratur in ea parte orbis, vnde Boreas ventus flare consueuit, habens sub se multos principes.

MAnsionem quintam decimam ad Borealem plagam inhabitat Armadiel magnus Imperator, habens sub suo imperio multos duces & principes cum seruitoribus eorum, à quibus centum deputati sunt super operationibus diurnis & nocturnis indifferēter: ita vt omnes æque prēsint nocturnis atque diurnis actionibus nostris in Steganographia ad voluntatem operantis. Horum officium est principibus & magnis viris nuntiae secretissima arcana operātis cum maxima fidelitate & mysterio. Ex his nominabimus potiores aliquos, qui nobis sufficiunt ad intentionem.

Pylorum Armadielium Tabula.

												X	Y	Z
Massat	F	1000	Oziriel	L	0051	Pandiel	Q	0551	....	5	.	10	..	25
Parasbiel	G	0051	Otyn	M	00	Catabisa	R	0101	....	10	..	20	..	20
Lajel	H	0101	Samiel	N	1051	Asbibiel	S	0052	....	15	..	30	.	15
Caluarnia	I	0156	Asmiel	O	1050	Mafayr	T	3000	....	20	..	40	..	10
Alpheriel	K	0100	Iazyel	P	0051	Oeniel	V	0051	....	25	.	50	.	5

Habes iam ex spiritibus Armadielis 15 numero cū subseruitoribus suis, qui secundum diuisionem 24 horarum in sex partes cum ducibus suis venire vocati ad operantē solēt, si voluerit ipse, ordinem suum in veniendo conseruantes.

Cum

Digitized by Google

Cũ ergo volueris aliquid in Steganographiâ per ipsos operari, oportet vt diligentissime obserues diuisionem temporis secundum hanc artem, sine qua nihil omnino proficies: qua, vt oportet cognita, verteste ad Boream, faciens, quæ ars requirit.

CONIVRATIO.

Armadiel marbeuo pelrusan neor chamyn aldron pemarson Cathornaor pean lyburmy Caueron thorty abesmeron vear larso charnoty theor Caueos myat drupas Camedortys ly paruffes ernoty mesoryn elthy chaor atiel, lamesayn rouemu fabelrusin, friato chasalon pheor thamorny mesardiel pelusy madiel baseroty sarreon prolsoyr asenosy cameltruson.

Cum hanc coniurationem compleueris eo modo sicut oportet: mox aderit spiritus ad imperium tuum paratus.

Formemus nobis exempli causa tale arcanum nulli committendum.

Est mihi ad principem meum quoddam arcanum nulli penitus communicandum. Id mandare literis, ne per negligentiam vel obliuionem disiectę legantur, non audeo: multo minus per hominem nunciare illud volo, ne & aliis per ipsum quomodolibet reuelatum iri contingat. Artis itaque huius mysterium pertentare placet, per quod arcanum meum omni tempore manebit occultum.

Scribamus literas qualescumque placuerit, quas nullus vereantur conspectum.

Serenissimo Principi, Domino Philippo, Comiti Palatino Rheni, Duci Bauariæ, Sacri Romani Imperij Archidapifero, Principi Electori, Ioannes Trithemius Abbas Spanheimensis cum orationibus famulatum.

ILlustrissime Princeps cum humili subiectione seruitutem. Benignitas inclyti ducatus vestri mihi præcepit, vt verbis expositas res quasdam occultissimas literis commendarem. Gauderem non absq; deuota exultatione, si pares voluntati vires accederent, beneficiis exhibitis honestissimum aptiorêmq; locum distribuere, & obsequium gratiæ debitum exhibere. Detinet imbecillitatem cordis opêris nouitas sine tramite præcedentis subeundi, cui me lodge imparem scio:

Digitized by Google

habebit enim ingentem magnumquè laborem, incûcitque conati bus hebetudinem meis plurimam. Vires tamen experiar, Gratiæ vestræ obsecuturus, benignissimum iudicèm sine dubio accessúrus, si bonæ vòluntati meæ non affuerit aptata complendi possibilitas: vbi cumulatissima humanitate gloriosus & munificentissimus Princeps, amator defensorquè literarum sententiam díxit, ad cujus humanissimum tutamen Vniuersitas Heydelbergensis multis ornata doctissimis eruditissimisq; viris, ingenio recentissimis, transcendit omnia per Alemaniam Gymnasia. Itàquè clarissime hûmanyssime Princeps sy quid habeo aut sum, totum benignitati vestræ noui obnoxium: id quod exhibere cum humili subiectione semper promptissime curabo. Et licet sint àlii sapientióres, qûi hoc opus mêlius vel vtilius ornatiusquè non mediocriter reddere potuissent: volui tâmen êgo deuotissimùm & rectum lætumq; in gratiam vestram animum meũ vtcumque ostendere & éxperiri de inuentis nouiter grandib. quæ alium credo neminem inuenisse. Datæ 26 Aprilis Annó Xpi. Millesimo quingentesimo. D. J. R. X.

Literas has vel quaslibet alias suscipiens, cui mittuntur in arte perito inter Characterem Armadielis: quo cognito vertat se, quo ars mandat vertendum. & dicat Carmen.

CONIVRATIO.

+ *Armadiel afran meson Casayr pelodyn, Cauoti chamêron thersoruy marbeuon pheor Casoyn myruosy lyburmy deor fabeltonton. Chubis acharmason.* + Hac coniuratione debito modo cõpleta, missus spiritus palam apparebit, sibiq, commissa à mittẽte arcana reuelabit in aurem fideliter, nihil addens minuensue. Et si quid illi denuo fuerit ab illo commissum, vt referat operanti, à quo missus est: fiat quod ab arte præcipitur; & obtemperabit.

Expositio quintidecimi Capitis.

Vnde frequenter venit Boreas est mansio Armadielis Principis, qui non est ex minoribus totius Steganographiæ, ipsius character est ס Samech, nomen אל—מר—חר *Mons mensura maxima*, sic dictum propter excellentiam: eius Abecedarius est hic.

Po-

Digitized by Google

Potestas. œ ę ç ✠ a b c d e f g h i j k l m n o p
Character. A B C D E F G H I J K L M N O P Q R S T
q r s t u v w x y z & æ
U V W X Y Z & Æ OE ę ç ✠ vel 9.

Recipit Palatinus epistolam (quam in hoc ad eum capite dirigit noster acutissimus Abbas) legit, laudat stilum, & animatam literam cernit in subscriptione, ex Samek cognoscit Spiritum Armadielium, ex J Sotheanem, ex R Pylorum Carasibam legioni X quæ tantum decem Ministros spirituales continet pro tempore præpositus, & ideo statim cognouit Pylam esse in decimâ dictione, hinc minutias Spiritum debere colligi, inq, quadro hexagrammato (methodo Cabalisticè Steganographicâ superiùs explicatâ) poni, post Sotheanis motu deorsum litteras colligendas esse, deniq; Abecedario Armedielio nuperrimè posito legendas: præstitit: Trithemiiq; secretissimam mentē adsecutus est. Repetamus & nos operationem, vt possimus etiam comprehendere.

Pyla est dictio decima, scilicet *Vestri*, ab hac incipio & litteras sigillatas spiritu educens reperio.

Lmgvmi ea ser qvçrvq xptwys y il trve qam. xx.q.

Scribo stilo Cabalęo in quadro ponens sex litteras in quacumque lineâ, ceu conspicis.

l	m	g	v	m	i
e	æ	s	e	r	q
v	ç	r	v	q	x
J p	t	w	y	s	y
i	l	t	r	v	e
q	æ	m	x	x	q

Post voco Sotheanem Spiritum Katabasicum, qui à principio decidens articulabit sic.

Levpiq mæç Tlęgsr wt mve vyrx. mr. q' svxiq xyeq.

Adeò Sotheanem non percipio secretissimè mystico loquentem idiomate; peto se explicet, renuit, ad Principem Armadielem confugio, ipse beneuolus licet princeps non recusat seruire mihi, cui sui Ministri recusauerant, nobiliores enim sæpius sunt suauioris genii atque naturæ, incipit canere, audio, dicit.

Harlemiq, & Paut conspiraverunt in mentem tuam.

Sicque secretissimum adsequor Trithemiæ mentis arcanum, soli Palatino Principi declaratum.

Post hunc Abecedarium Borealem sequitur Boreo-Vulturnus medius, in quo posita D legitur A, cujus vsus vt putat Petra Sancta fuit Cajo Cæsari. Videatur ipse libro de Symbolis Heroicis quarto, Agellius lib. 17. c. 9. & ego in conmentariis cap. 2. hujus libri in fine.

Digitized by Google

CAPVT XVI.

Cuius Princeps Baruchas in ea plaga moratur, vnde ventus flare consueuit, qui appellatur Vulturnus, habens sub se principes multos & seruos, qui sunt super cõmissiones dominorum occultas nunciatores

MAnsioni autem septedecimæ ad Vulturnum ventum situatæ præsidet magnus Imperator Baruchas, qui habet sub suo imperio multos principes, duces & alios spiritus, quorum omnium officium est nunciare occultas & secretissimas cõmissiones principum, nobilium & dominorum, subditis eorũ vel amicis. Ex his nominabo tibi 15 qui sufficient omni operanti in Steganographia: & non habent inter se diuisiones vel ordines pro die & nocte sicut cæteri, sed omnes habẽt cõmissionẽ de omnibus in generali, ita vt quicunq; qualibet hora vocatus fuerit ab operante, venire cogatur.

PYLORΩN TABVLA,

Δίπυλῶροι		πυλῶροι		ἡμιπυλῶροι							
4		2		1		F	G	H	I	K	L
Quita	M	Cartael	R	Monael	W	100	10	600	60	500	50
Sarael	N	Iamiel	S	Chubor	X	200	20	700	70	400	40
Melchon	O	Pharol	T	Lamael	Y	300	30	800	80	300	30
Couayr	P	Baoxas	V	Doracl	Z	400	40	700	90	200	20
Aboc	Q	Gériel	V	Decaniel	V	500	50	600	60	100	10

Habes nunc ex principibus Baruchi magni principis seu Imperatoris ad operationem Steganographiæ nominatos duces 15 cum famulis & subseruitoribus ejus 7040 quorum ministerium tibi sufficientissimum est ad omnẽ operationem huius artis. Cum ergo volueris aliquẽ ex his spiritib. aduocare, obserua diuisionem tẽporis secundum sex horas diei & noctis, & versus Vulturnum positus facie, voca illum quem hora concernit, diligentissime obseruans literas famulo-

Digitized by Google

mulorum, sine quibus nusquam procedunt: & ne erres in numero, ordine & dominio eorum, caue.

CONIVRATIO.

†*Baruchas maluear chemorsyn charnotiel basonianocri medusyn aprilty casmyron sayr pean cauoty medason peroel chamyrsyn cherdiel auenos nosear penaon sayr chauelonti genayr pamelron frilcha madyrion onetil fabelronthos.*† Hac coniuratione completa sub silẽtio sicut oportet, mox aderit spiritus principalis vnus, quẽ vocasti cum seruitoribus sibi deputatis secundũ seriem tẽporis v.g. Commissum mihi est ordines perlustrare, Cœnobia & emẽdare & corrigere perperã facta. Hinc ad amicũ ex Monachis vnum longe absentem cupio tale mandare secretũ, quod publicatum sibi carcerem odiumq; pastoris, mihi vero & Ordini ac bono cõmuni detrimentum inferret. Vnde nec tradendũ literis, nec homini cuiquam committendum. Vt simus vterq; securi, artis ministrum aduoco spiritum, commendo arcanum.

Literas quales volo transmitto, quas legi ab omnibus non recusabo.

Ioannes Trittemius Abbas Spanheimensis ordinis Sancti Benedicti religioso fratri Nicolao ex Dureckeim, Monacho Cœnobii Hirsaugiensis eiusdem ordinis, sinceram in domino charitatem.

Cùm sciam mi charissimé frater te amatorem bonarum artium, me te exhortari vehementer delectat, quatenus perseuerare velis inquirendis reuoluendisq; iúgitér librorum secretis, quæ nobis ostendũnt fœlicitatis iter, & tramite expedito redire in patriam, quàm peccàndo perdidimus, ad quàm cœlitus nos flagrantes rédùcet amor mitissimi & clementissimi saluàtoris uostri in scriptûris sanctis, occûltatûs nobis, si exornáuerimus mentem virtutibus, exercitantes nos in studio sanctó, sine dûbio conferendûs. Quid enim in exilio miserabili vagantibus salubrius dulciusue esse poterit quam literis sedulo incùmbere: per quarum studium ad veritatem ôculi nostri êrigûntûr requirendam, & ad beátitudinis futuræ desiderium mens nostra sustollitur: sine quibus cómparatur bestiis anima temporalibûs

Digitized by Google

bûs & mundanis ſubmerſa négociis, ad Dei cognitionem nûnquàm peruentura. Tu itaq; voluptates tumultuſq; mundi còntemnitô, litéris die noctúquê vacato: quoniam & religio virtutibus & virtutes literarum comercio illuſtrari temperantur. Ita vt nec literas ſine ornatu nobilium virtutum nec dèligere virtutes bonas ſine ſcientia ſcripturarum præualeat. Itaq; te exhortor, ſtudio literarum ſemper des operam. Vale ex Spánheim 16. Càl. Apr. Anno domini M. D.

Y —— I G

Poſteaquam ſuſceperit literas is cui mittuntur, ſigno Baruch cognito, præmiſſis præmittendis, ad plagam Vulturni, quæ eſt ante Orientalem proxima, dicat ſub ſilentio iſtam Coniurationem.

Conjuratio Spiritus.

+*Baruchas Mularchas chameron notiel pedarſy phroys lamuſay myar chalemon phorſy fabelrontho theras capean Vear almonym lierno meduſan therſiel peatha thumar neroſyn cralnothiel peſon ſegalry madon ſcoba bulayr.*+ Coniuratione dicta ſecundũ artis præceptum, ſpiritus apparebit, & cõmiſſum ſibi arcanum producet in aurẽ ſine deceptione.

Capitis ejuſdem explicatio.

In hoc capite Princeps eſt fideliſſimus Baruchas, ſic propter fidelitatem adpellatus. Hebraice etenim בארן—מרשע *Declaratio mendacii* cominatur, ipſe etenim ſummam fidelitatem ſeruat, nec alios permittit ſibi ſubditos fallere, aut falli. Vulturnum ſpirat.

In tabulâ 15 Pylóros habes cum ſuis characteribus quorum quinque priores ſunt Dipylóri, medii ſunt Pylóri, vltimi Hemipylóri, & vnuſquiſque diuerſis columnis propriis characteribus determinatæ diuerſos habent ſubditos hac habita conſideratione, quod numerus reſpondeat Pyloris, & Dipylori habeant duplicem numerum, & Hemipylori dimidietatem, v. g. RI. eſt 60, ſed MI eſt 120, & WI 30. Hic in determinatione ſubditorum non eſt ſequutus Trithemius nominum numerum, quia iidem numeri pluribus debent eſſe cõmunes

Alphabetum hujus ſpiritus Vulturnii eſt hoc.

Poteſtas ç ✠ a b c d e f g h i j k l m n o p q r s
Character A B C D E F G H I J K L M N O P Q R S T U
t u v w x y z & æ œ ç
V W X Y Z & Æ OE ç ç ✠

Digitized by Google

Hoc Alphabetum omnium est totius Orbis vocalis (de quo in initio locuti sumus) vltimus, & eodem modo exercitio mandandum quo præeuntia.

Epistolæ Trithemiæ sacramentum ex charactere facili negotio declaratur. Nota IG docet Pylorum esse Semi-spiritum Monaelem in ordine G ideoque tantum quinque habere subditos, ideoq; pylam in loco quinto constituendam esse, à quo minutias spirituales adcipe & reperies.

Fgrqu kvkq Cddcv ku vwk;wco ewt cv guv kor qu' kd' kn ku

Non intelliges, voca Barucham, qui semel vocatus veniet, & dicet.

Depositio Abbatis tui, quam curas est impossibilis.

Vides quanto ingenio, quantâ securitate de rebus obcultissimis publicè-secretissimè cum amicis agebat Trithemius, vt videas etiam quanto jure ipse tanti fecit suam Steganographiam, vt non nisi dignissimis viris judicaret debere esse conmunem, contemptis ignorātibus, qui vel non intelligunt vel si quod percipiant in praxes pessissimas retorquent, vnde & pejores sunt multò scioli, quam inperiti.

ADNOTATIO.

Hic finem inposuit noster Abbas suis Abecedariis nonnullis rectis, omnibusq; retrogredientibus intermissis: sedecim enim tantūmodo quæ explicuimus & expandimus nouit Abecedarios, cum potuisset sexaginta quatuor internoscere, sed omnibus vtemur in libro tertio omnium aliorum obcultissimo & sic non est necessariū hic plura de hujuscemodi edisserere, cum initio libri omnia sint visa. Nihilominus animaduersione est dignissimum posse nos etiam in operationibus antecedentibus vti quolibet ipsorum præposito ejusdē charactere vt cognoscatur, tunc enim ex charactere Hebræo methodus operationis innotesceret, exq; Græco Abecedarius vltimę lectionis.

Post hunc Vulturni Abecedarium, Vulturno Orientalem adinuenies, qui in vsu fuit Augusto Romanorum Imperatori Maximo, vt inter alios conmemorat Petra Sancta lib. de Symb. Heroic. quarto. qui pro A legenda scribebat B & sic deinceps.

Rogas quare noster Author non vtatur Abecedario Caji Cæsaris, cujus in Capite 2. & 15. vbique in fine, fecimus mentionem, neq; Augusti Cæsaris, de quo mox loquebamur, siquidem sunt satis clandistini, & à viris maximis fuerunt adprobati?

Respondeo. Secretum esse in eo quod incognitis scribatur latebris conceptus, latibuloq; sint characteres inpositi cui nulla notitiæ pateat aditus. cumq; iam illi obcultissimi olim Abecedarii sit satis apud Historiato-

Digitized by Google

storiatores noti, potius cauendi sunt, quam eligendi, quia si secretum cognoscatur, nil abditum.

CAPVT XVII.

Cuius Princeps & Spiritus supremus vocatur Camesiel, habens sub se duces & Principes multos cum seruitoribus eorum, quorum officium est nunciare omnia. quæ versus Orientem mittuntur.

QVoniam tam multa sunt & plura possunt emergere negocia hominum, ad quæ intimanda procul amicis nullus sit in prędictis mansionibus princeps aut spiritus specialiter deputatus: ne operantibus in hac arte Steganographię aliqua ad perfectionem operis sui difficultas occurrat: posteaquam specialium quorundam fecimus mentionem qui specialibus prę sunt arcanis. volumus etiam quosdã generalibus nunciandis generales exprimere principes spirituum, vt si quid forsan occurrat alicui nunciandum, super quo in prędictis nulla inueniatur commissio, ad istos referatur, qui suo modo super omnibus habent commissionem: ita tamẽ vt generalitas specialitati non deroget: nec specialitas nõ satis lucide expressa generalitatis officium recuset. Quatuor itaque sunt Principes magni, qui cum ducibus & subseruitoribus suis omnibus prę sunt arcanis nunciãdis superius non expressis: quorum primus Camesiel omnibus præsidet, quæ voluerimus nunciare versus Orientem. Caspiel versus Meridiem. Amenadiel versus Occidentem, & Demoriel his quæ mittuntur generaliter versus Septentrionem. Cum ergo volueris arcanum aliquid per spiritum nunciare amico procul absenti versus Orientem: voca vnum aut plures quot volueris ex Principibus Camesielis, vertẽs te per totam operationem ad orientalem plagam, sicut nosti secũdum artem. Describã tibi nomina Principũ cum numero seruorũ, quot

Digitized by Google

ad

ad præsens negotium sufficiunt: & caue, ne erres in aliquo.

PYLORORVM INDEX.

Διπυλώροι		πυλώροι		ἡμιπυλώροι					
4		2		1		X			
Myrcsyn	F	Benoham	K	Armany	O	60000000000000			
8		4		2		X	S	T	V
Ornich	G	Arisiel	L	Capriel	P	10	30	100	100
Zabriel	H	Cumeriel	M	Bedarys	Q	16	36	160	360
Bucafas	I	Vadriel	N	Laphor	R	19	39	190	390

Habes ex principibus Camesielis 12 cum maxima multitudine famulorum, vbi (nota) ille magnus numerus 60000000000000. est aliorum ducũ & principum, qui generaliter præsunt omnibus diurnis: & vocatur ex eis certus numerus, quot voluerit operator cum duce nominato. Alii autẽ in quadruplici ordine sunt famuli principũ duodecim: & veniunt semper cũ eis in ordinibus suis. Cũ ergo volueris operari per istos; premissis premittendis ista est coniuratio.

CARMEN.

1 † *Camesiel aphroys chemeryn mear aposyn. Layr pean noema ouear ma sere cralty caleuo thorteam chameron ianoar pelyn Layr, badusonie sy melros ionatiel delassar rodiui al meron sauean fabelron clumarsy preos throen benarys sauean demosynon laernoty chamedronton gens.* † His rite completis, aderit generalis arcanorum nuncius quem vocasti, promptus, fidelis, penitusque secretus. :—:—

Amicum voluerim auisare occulte de homine malo.

Est homo quispiam sub apparentiâ honestatis malus blatterator: is sciens me posse apud amicum, commendatorias ad eum postulat à me literas; negare non valeo, nec decipi amicum volo ab illo fraudulenter. Scribo literas, circumcellionem laudo mirum in modum, legit, exultat, apertam insidiandi viam sibi pollicetur oblatam. Do literas, abit lætus, voco spiritum, mitto ad amicum, vt auiset illum, meumque manifestet arcanum.

Digitized by Google

Literas mitto commendatorias illi placentes qui commendatum,

Ioannes Trithe. Abbas Spanheimensis Ioanni Vigilio, domino Vuackor, viriusque Iuris Doctori clarissimo Salutem dicit.

LAtôrem præsentium ad te mitto, Vigili amantissime, hominem profecto cúnctis adornatum virtutibus, omnibus eruditissimum in scripturis aestimatum, ánimq; venustate morum redimitum, quod vix illi similem aliquando his oculis vidisse meminj, optimum Mathematicum, Philosophum acutissimum, literatissimis viris comparandum, sapientia & studió omnes Teutonicos exercitatissimos transcendentem, úndé dignus est nobis mérito visus laudibus literatorúm virorum omniumque bonorum excipiendus: quippe nobilis & literatissimus, qui omnibus quéat vtilis esse in tradendis varijs doctrinis rerum mirandarum. vale, ex Spanheim 15. Cal. Apr. Anno M. D. D——Q.

Cum has similesue quascunque acceperit literas amicus in arte Steganographiæ probatus: cognito signo Carnesielis, se vertat ad Orientem, & præmissis præmittendis, dicat istam coniurationem.

CONIVRATIO.

Camesiel aproysi chameron to pemalroyn phroys cadumearmol benadron Vieniel sauiron army pean arnotiel fabelronthusyn throe chabelron sauenar medaloys vear olme nadab cralty sayr gens. Carmine dicto, spiritus iá visibilis apparebit; reuelabitque arcanum fideliter commissum.

Expositio Capitis.

Promiserat Trithemius in illis regulis quas Coniurationes ipse nominat nihil vltorius per integrum librum dicturum, sed adpositurũ eas esse tantum ornatus gratia, quod in claui conspicitur, in quâ explicatæ nihil omnino continet vt jam probauimus, sed iam in hoc capite adponitur particularis clauis & sic est necessarium, quod nouo labore feram hanc Steganographicam aperiamus.

1. *Camesiel*) Auspicatur conjuratio (sicut & aliæ omnes) à nomine Spiritus. Camesiel Hebraicè vel כומז—אל *Inauris excellentissima* eo quod optimè inspiret ad aurem, vel כמס—אל *Absconditus*, vel activè *abscondens* propter secreti securitatem, si clauem adsumimus hæc

Oratio

Digitized by Google

Oratio mystica latinizabitur hoc modo.

(Sume) vocales quinque (&) pro prioribus quinq; litteris (easdem) acue, graua pro alijs, & circumflecte pro alijs, & punge pro alijs (& subcesiue distribue per sequentia capita.

Sic intelligo. Sumantur quinque vocales Latinorum A E I O O. pro quinque prioribus litteris Abecedarii A B C D E, post fac ipsas adcutas, hoc est adcentu acuto adpinge & subpone pro aliis sequentibus, puta á á é í ó ú, pro F G H I L, postea ipse graui ornatæ adcẽtu subseruiant pro sequentibus &c. vt conspicis in Abecedario subsecuto.

Potestas. a b c d e f g h i l m n o p q r s t u x y z & æ œ.
Character. a e i o u á é í ó ú. à è ì ò ù â ê î ô û ä ë ï ö ü

Omisit y noster Trithemius quia rarũ est in linguâ latino & inutile.

Hic videre licet quomodo per solas vocales posset quispiam satis clare & dilucide scribere mentis suæ arcana sine tanta multiplicatione characterum vt videre est in subsequenti propter curiosos charactere solum modo vocali factâ.

O'è úaôouà I'äòòìúóîó Iaóàó
Uòóéâaàà
O'âauúóà êó àóêiuê, O'aîâôôà êóeó ôóèoóiaí I'uîîîâ
îu Iaoàôà, O'îäéóì U'aìàuoìeîu êaîôà.
êóè ióîaâaà òôúêaê, ï oôúióa iaâàóèa îîèoóê
îô U'óèôê aâéôîa uóiúâóê vêêu Iíuúä
êói âóéóoôà ùôìèóaà àìouâaâóê Aòìúúóèu A'aâîuà,
îô A'aôìâê êîeóê, îô U'óèôê uêêu òìîuê.

Quod HeXasticon si ex Abecedario præcedenti legeris reperies ea dici de fortissimo & nobilissimo Capitaneo Hyppolyto Caimo, amico meo maximo & fidelissimo, quæ olim Iamotius de G. C. quia simul in suo pectore fortitudinem Martis, & Phœbi eloquentiam sitas esse conspicimus, ita vt sibi Pallada secundum vtrunq; adtributum adjunxit fœlicissime; Transcriptio Hexastici prioris hęc.

In laudem D. Hyopoliti Caimi,
Capitanei inuictissimi, & vigilantissimi.

Epigramma.

Prælia si misces, patruum sibi vindicat Hector
Te Caimum, Phrygio Laomedonte satum.
Sin citharam pulsas & dulcia carmina condis
Tu Linus argutadiceris esse Chely.

Digitized by Google

Sic, rigidum quoniam moderaris Apolline Martem
Tu Mauors nobis, tu Linus esse potes.

Posueram ego in primo meæ Cabalæ tomo Moysiade primâ. modum scribendi per solas vocales, hic est excellentior & ideo non venit ille repetendus, poterit curiosus (si voluerit) me legere citato in loco, & videbit antiqui Epitaphii explicationem curiosam, solum vocalibus litteris conpositi.

In initio Abecedarii vocalis posuimus quinque vocales omni spiritu atque adcentu liberas, quod ad scripturam obcultam conducebat, reliquum vt ad mentem Trithemii adcedamus, qui nullam facit de his vocalibus liberis ab adcentu recordationem, credidero ipsissimas eliminandas esse, ita vt solummodo sigillatæ vocales relinquantur, vt conspicis in subsequenti.

Potestas. a b c d e f g h i l m n o p q r s t u x y z & œ

Character. á é í ó ú à è ì ò ù â ê î ô û ä ë ï ö ü ý ỳ ŷ ÿ

Hæc est obcultissima scribendi methodus, quam incipit Trithemius in hoc capite & progreditur per totum hunc librum, & sequẽtem, quæ non solum obscuritatem ignoranti, sed & facilitatem maximam intelligenti subministrat.

Ad epistolæ Trithemiæ expositionem deueniamus, recipit eam Vigilius cognoscit ex Fe subscripto fidei arcanum conmissum esse Camesieli, Pylorum quærit ipse est Q hoc est Bedarays semispiritus, & sic legionis militum 16 pars solùm dimidia ipsi est subiecta, & sic secreti Steganographici Pylam constituet in dictione octauâ, quæ est *Hominem:* hinc incipit epistolam spiritualiter legere, & reperit isthanc in linguâ mysticâ sententiam.

úëï éùáïùâî úï àáäöóùúêïöë, íäöú áé òùùô,

Non intelligit venit ad Abecedarium Camesielis, ex eoque fit peruia in hanc sententiam Latinam.

Est blatero & fraudulentus, caue ab illo.

Qúid poterat dici secretiùs?

Concludit Themius hoc caput Coniuratione Carnesielis facienda à recipiente, quæ si ex claue aperiatur est hæc.

In singulis (capitibus vsq; ad finem libri) potestas (litterarum) transit vnum characterem (& hoc est quod significant Coniurationes ibi positæ, & ex hac doctrinæ sine aliâ claue manent reseratæ.)

Compendiosissimæ arti studens noster Abbas hanc regulam nobis relin-

Digitized by Google

relinquit generalem quod singulis capitibus litterarum potestas per vnum characterem debet alterari. ita vt si in hoc capite A pingebatur sic á, in sequenti pingatur sic é, in alie sic í &c. sed de hoc in singulis capitibus edisseremus.

Ponebatur hic circulus sed sine vtilitate quia omnia quæ in eo erãt iam sunt in suis locis declarata, & sic ne calcographro molestior essẽ judicaui debere potius obmitti, quã sine causâ & vtilitate celtari.

Sanè antiquiores adcentibus secreta conclusisse constat tum etiam ab aliis, tum etiam a lapide vetusto sepulchri Titi Plautij Syluani, cui hæc inscriptio. Adducitur a Merula Cosm. l. 2. p. 2. c. 11.

PRIMVS EX EA PROVINCIA MAGNO TRITICI MODO ANNONAM P. R. ADLEVAVIT HVNC LEGATVM IN. IN. HISPPANIAM AD PRAEFECTVR VRBIS REMISSVM SENATVS IN PRAEFECTVRA TRIVMPHALIBVS ORNAMENTIS HONORAVIT AVCTORE IMP. CÆSARE AVGVSTO VESPASIANO VERBIS EX ORATIONE EJVS. q. 1. 1. ss. &c.

Vbi videris non sine mysterio adcentus ex propriis translatos locis; imò duos, vel etiam tres in eadem dictione reperiri. Quomodo autem debeat hoc Epitaphium explicari, alibi dante Deo, cum ejus Abecedarius obcurrat, exprimemus.

CAPVT XVIII.

Cuius supremus Princeps est Caspiel dictus, cuius mansio est ad Austrum, qui habet sub se multos principes, duces & famulos innumerabiles.

AD Austrum habitat magnus Caspiel Princeps, qui habet sub suo dominio principes siue duces præcipuos 200. Comites vero siue subduces 400. cum ingenti multitudine seruitorum, quorũ officium est nunciare generaliter omnia & singula superius non contenta versus meridiem. Cum autem necessarium sit in hac arte scire quosdam ducum ex nomine, sintque multi: curabimus paucorum nomina dicere ex multis, qui nobis sufficiunt ad omnia.

Digitized by Google

PYLORI MERIDIANI.

Διπυλωροι		πυλωροι		ἡμιπυλωροι.					
4		2		1		S	T	V	K
Vrsiel	F	Budarym	K	Geriol	O 200	40	2000	466	0
Chariel	G	Camory	L	Ambri	P 260	46	2600	406	26
Maras	H	Larmol	M	Camor	Q 290	48	2060	460	28
Femol	I	Aridiel	N	Oriel	R 260	49	2006	400	29

Habes nunc ex principalioribus ducibus Caspielis 12 cũ comitibus, subducibus & famulis per quos fit omnis operatio nunciandorum, versus Meridiem generalis. Cum autem ad amicum volueris aliquid nuntiare occultum versus Austrum manentem, fac quæ secundum artem requiruntur, & dic coniurationem.

Coniuratio Spiritus.

+Caspiel aloyr chameron noeres padyr diuiel prolsyn vear madusson eralnoti fruon phorsy larsonthron thiano pemarson theor. Caueos adeueos friato briosi panyeldrubon madiel sayr fabelrusyn gonear pean noty nabusran.+

Coniuratione debito modo completa, videbis præsentẽ quem vocasti, & ad obediendum mãdatis tuis in omnibus paratum. Omnes istius Caspielis duces beneuoli & voluntarii sunt valde, sed subduces eorum aliquãtum sunt duriores: attamen coniurationibus cedunt, si operator fuerit cõstans & imperterritus, loquens eis dure, quasi cum autoritatẽ maxima. Nullus enim eorum tam durus est, qui non mansuescat per virtutem autoritatis potestatiue compulsus & adiuratus.

Ponitur qualecumq; arcanum, quod nulli confidendum.

Est mihi cum amico negocium, quod si publicum transierit vtrique periculum grande orietur. Obseruantur internuncii omnes, vt literæ ab insidiantibus nobis legãtur. Vt ergo simus securi negociũq; nostrum maneat secretũ: scribo literas quæ nullius vereantur cõspectum, quas spiritu inuisibili comitante mitto ad præfatum amicum.

Non

Non refert qualescunq; sint literæ, si fuerint spiritui commissæ.

CONspicite mortales breuitatem & miseriam præsentis vitæ, & agite pœnitentiam salutarem, dum tempus habetis. Væ vobis dementissimi amatores sæcularis gloriæ, Deum omnipotentem, æternamque lætitiam temere despicientes. Quare non amatis superna illa conuiuia quæ sunt humiliter Deum inquirentibus repromissa? Vos enim humilitatem abjicitis, breuissima gaudia mundi quæritis, æternæ beatitudinis excellentiam non amatis: contentiosо Zelo viuitis, honestatem actionibus nequam maculatis, laudesque Dei excelsi nescitis. Die noctuque secularibus actionibus lucrisq; temporalibus insistitis: semper venandis nouitatibus extensi memoriam acuitis, lectiones audire negligitis: tempus gratiæ vobis indultum, æternaque beatitudinis expectationem non curatis. Ecce Iudex cunctis horribilis criminosis appropinquat. Ecce Omnipotens Maiestas districta accelerat. Ecce Iudicium nouissimum statuitur. Eccè lamenta æterna proponuntur: bonaque sempiterna nobis subtrahetur. ✠—F✠

Cum has literas susceperit is, cui mittuntur; præmittat ea quæ sunt ex arte præmittenda, conuertensque ad meridiem se, dicat Carmen.

†Caspiel asbyr Chameronty churto freueon dayr fabelron Cathurmy meresyn elso peano tailtran Caspia fuar Medon clibarsy Caberosyn vlty peanV earches pemasy natolbyr meldary noe Cardenopen men fordiuiel adro.† Carmine dicto, aliisq; ex more subiunctis, nuncius inuisibilis apparebit, referens amico fideliter & secretè in aurè omnia, quę mandaui.

Capitis eiusdem Conmentarius.

Vocatur iste Spiritus Hebraicè קרע סערה אל *Princeps turbinis* eo quod habitet in Australi parte à qua omnes veniunt pejores tempestates. Pylori ipsius, secretæq; portæ custodes, qui in tabula, & ipsorum character numerusq; inibi designatur, Abecedarius, qui obmittitur vtpote indigitatus capite præcedente est hic.

Potestas	x	a	b	c	d	e	f	g	h	i	l	m	n	o	p	q	r	s	t	u	y	z	&	æ
Character	á	é	í	ó	ú	à	è	ì	ò	ù	â	ê	î	ô	û	ä	ë	ï	ö	ü	(ý	ỳ	ỹ	ỹ)

Littera Pytagoræ inter alias vocales Latinas est extranea sicq; ad reuolutionem Thamuræ non admittitur, sed semper suum valorē conseruauit

Digitized by Google

seruauit, in officinâ etenim Steganographicâ piaculum est hoc pactum potestatem diminuere, vel extenuare.

Coniurationes hujus capitis & sequentium ex claui sunt, oooooooo &c, & sic non debemus in earum adnotatione diutius immorari.

Quid sibi velit Trithemius in hac epistola non erit ex subscriptionibus difficillimum inuestigare, est spiritus ♈ Caspiel, Pylorus F ♐ Vrsiel cui debentur 490 subditi sed cum det ♐ Pediel dimidiam cohortẽ remanet Semi-centurio. Sicq; ipsam noueris in dictione ducẽsima constituendam esse, ea est *Horrobilis* à qua exordium sumas, & reperies hanc per vocales puras prolatam mysticam periodum.

üàîàîûê úàúù îú îôî îôóüùö

Non miror non intelligas, lingua enim mystica est omnium difficillima, & solùm spiritibus Steganographicis nota, quia est ipsorum lingua, quia si vera esset Tostati sententia, qui spiritus non per conceptus, sed per signa loqui, lingua ipsorum eo esset mysticæ simillima quo ipsi Steganographicis spiritibus adsimilãtur. Vocas ergo spiritũ inclusũ in charactere ♈ ipse est Caspiel venit, & explicat his verbis.

Venenum dedi, sed non nocuit.

Consultó hic noster Abbas non subscripsit, nec posuit superscriptionem huic epistolæ, vt nosceretur de talibus Steganographicas literas rebus à nemine scribendas, ad neminem dirigendas esse; sed hanc artem rebus vtilibus solummodo ordinatum iri.

Ponamus etiam aliud exemplum, vt res liquidius cognoscatur.

REVERENDO ADMODVM VIRO D. D. ANDREÆ DE Herrera Sacræ Theol. Lectori summam deprecor fœlicitatem.

Quâttùor símul ét omnes raros ad te libros remitto correctũrum, vltimam ênim limam desiderabant, vt põssent in vulgus conpàrere. Primus ést Cabala, qua antîquôrum secreta monumenta, seniorum absolëtas séntèntias scrùtatus, secrétiorem lectionem primus mortàlium reseraui. Secùndùs est Steganographiæ declaratiõ, qua probo ea omnîa qûæ Trithemiùs promíttit cum efectu sine superstitionis âliqùa nòta fieri, ubi est admiranda Clauiculæ Salomónis atq; Stéganographíæ cônciliatio. Opus me hercle mere Cabälisticũm, & iis qui literas secretiôres peramant maximæ necessariùm. Tertius est Logarithmica, vel si mauis nomine inuerso Arithmologiä, ùbi vàlorem singülorùm sùm gràmmatum spëcùlatus naturalem, & Arìtmethicum Abecedäriùm præponens radicales numeros inuenio qùi in infinitum aucti, aut diminuti, aut intér se multiplïcati sémper sint Logàrithmici, hoc est legibiles, & non solum veràm sententïam, sed etiam

Digitized by Google

etiam metricam arithmica continuatiõne mõdulentur. Inuentum tibi cõspicietur mirabile, me equidem(fateor) etiam adsuetum nõ deserit hæc ipsa passio, quando conspicio plusquam admirabilem à nullo hucusq; cognitam Latini idiomatis cõpositionem. Quartus nẽe pro nunc vltimus, linguam Latinã. alias difficillimam, sub eo splendore, quem nunc conseruat apud Poetas duos Mantuauum, & Exulẽ, cum certissima syllabarum, atq; adcentuum notitia, & carminis cõdendi cognitione quemlibet virum aliquali præpollentem acumine spatio docebit vnius horæ, ita vt quæ loquatur, quæ scripserit, acuta & elegantia sint, & maximis aliis authorum operibus æquari (ne dicam anteponi) possint.

Secreta equidem rara, quæ inuenisse sufficiat vberiorẽ alias calamo iteratoq; studio correcturo; Tu autem (mi Andrea) apud quem semper mea addictissima voluntas fœlicissimum locum inuenit, tuo Angelico defende ingenio; libri etenim semel publicati indoctioribus non possunt interdici, & licet sapientiores non timeam, qui non intellecta non condemnant; eos qui omnia intelligunt, quibus nihil rarum, qui habent literas, quas non didicerint, vituperando solum ostentatas, timere necessarium est. Quod si tuo illustrissimo tuearis acumine, non dubito, quin hanc procellam fœlicissimè sim vitaturus, vt totum me tibi deberi, vbiq; sim, non possim abnegare. Curato vt valeas ad eorum votum, qui inuidia liberi, tuam sapientiam, atq; ingenii acumen lucidissimum, non Religioni vni, non soli hispaniæ, sed etiam huic sæculo, admirationi esse perenni, tenemur adfirmare. Iterum valeas. Ex illustrissimo Cœnobio Alnensi Kalendis Aprilis millesimi sexcentesimi trigesimi quinti. Y——OY

Qualiscumq, tuus semper Ioannes de Caramuel.

Cognouit statim Andreas, sicut in aliis plurimis in lectione occulta versatissimus hanc habere epistolam aliquod obcultum sacramẽtum ab initio explicandam, & sic à primo limine adcentus colligẽs inuenit in lingua mystica hanc sententiam.

âùíëüê ïôàïê ,îôìë éèù éà ùùù îôîû üíâ ùóéíô äüôüï äüà ùùúí àëùï, äüùé ïéîà àïô ôíó üàõ ùïïù êà éú éúê ùëé íùâùï.

Quæ si hoc Abecedario Caspielis legatur erit. *Librum Steganographia tertium non publicabo quousq; eum videris, quia sane est obcultissime admirabilis.*

CAPVT XIX.

Cuius Princeps supremus dicitur Amenadiel, habitans in Occidẽte: qui habet sub se duces 300. Comites vero 500 & seruos pene innumeros.

Digitized by Google

AMenadiel Imperator, spiritus Occidentis supremus habet sub suo dominio principes potentiores siue duces 300. subduces siue comites non pauciores quingẽtos, seruos subseruitores & famulos ex innumerabilibus, quorum nomina inueni non minus quam 30060. pręter alios innumerabiles, quorum nomina nondum inueni. Sufficiunt enim isti omnibus arcanis versus Occidentem amicis nunciandis. Sed nomina ducum, qui sunt in ministerium huius artis vocandi, iam, quot sufficiunt, dicam:

SVBDVCES PYLORI.

Διπυλῶροι		πυλῶροι		ἡμιπυλῶροι					
8		4		2		Y	S	T	V	X
Vadros	F	Rapsiel	K	Almesiel	O	30	50	366	500	3000
Camiel	G	Lamael	L	Codriel	P	36	56	369	560	3066
Luziel	H	Zoeniel	M	Balsur	Q	38	58	390	566	3666
Musiriel	I	Curifas	N	Nadroo	R	39	59	399	569	3669

Per hos 12 duces & principes, quicquid operandum fuerit ex imperio Amenadielis in Steganographia ad Occidentem, totum poteris perficere. Sed obserua diligenter vt scias cum vocas aliquem ex ducibus; & sciat, quot sub se habeat comites, seruitores & famulos secundũ 24 horas diei & noctis, quas isti æquali partitione sibi in suo ordine deputatas custodiunt. In quibus si erraueris, nihil proficies, & forsitan periculum aliquod incides. Oportet enim volentẽ in Steganographia operari, non solũ in arte nostra esse peritũ, sed etiam in omnibus diligentissimum, quia per paruam in operatione negligentiam magnum plerunque oriri periculum consueuit. Cum itaq; per istos spiritus aliquid volueris operari, verte te ad Occidentem; & præmissis præmittendis, dic istam coniurationem. CONIVRATIO.

Amenadiel aprolsy chameron ta nosroy throen mesro salayt chema-

Digitized by Google

themaros uoe pean larsy freueon ionatiel pelroyn rathroy Caser malusan pedon Cranochyran daboy seor marchosyn lauo pedar venoti gesroy phernotiel Cabron. Coniuratione ritè completa, spiritus aderit quem vocasti, promptus & alacer ad omnia, quæ mandaueris ei perficienda.

Arcanum mihi est valde secretum & necessarium ad amicum,

Est mihi quoddam secretum ad amicum, quod nec homini nec literis confido perferendum, quoniam si veniret in publicum, magnum mihi & periculum crearet & damnum: moram pati non valeo; voco itaq; spiritum, scribo literas in nullo penitus suspectas, & quas nec intelligere ipse quidem putetur, vtpote latini sermonis ignarus: mitto spiritum, reuelat secretum.

Literas mitto qualescumq;, quas inuisibilis comitetur spiritus.

Ioannes Tristemius Abbas Spanheimensis Nobili & strenuo Equiti, Alberto Goeler de Ranesburg, Præfecto Crucenacensi S.

SAluátorèm nostrum Dominum Iesum Christum ad iudiciũ credimus esse venturum, qui reddet vnicuiq; secundum opera sua. Hoc credimus & negligimus miseri nos ipsos. Itâq; facíem eyus prẹuenire lächrymis âssiduis studèamus, emẽdantes negligẽtiâs nostras quas cõnísimus, ne imparatòs terríbilis ille redemptoris nostri àduentus prẹoccupèt: cui omnes, mercèdem malôrum excepturî, necessario occurremus. Quare nunc vîlípendimus opportunum nobis sâlutis tempus indultum: quõd tam ûtile nôbis, tamquè acceptabile, Concessit Omnipotens? Cur non zêlamus viros moribus insignès, qui nobis exemplâ reliquerunt iustitiáe, conuersâtionis honèstæ, humilitatis, castitatis, ômniumquè virtutum? Agamus, illorum nomẽn æmûlantes, pœnitentiam: quôniam viüendi nobis terminus instät. Mors horríbilis veniet, quæ parcere nescit: sed deuörabit iüuenes & virgines, senesq; cûm iunioribus. Viuamus in luctu, lauantes excessus nostros continuis lachrymis: ne mors inopinatò conprehensos horribili nos iudicio submittat, vitam emẽdemus retroactam, Deum rogantes vt post præsentis incolatus breuitatem æternam nobis beatitudinem concedat. Amen. Vale. Datæ ex Spanheim, 14. Calend. Aprilis, Anno M. D.

Cum has vel quaslibet alias spiritui commissas à me literas acceperit is, cui mittuntur, amicus in arte probatus:

Digitized by Google

signo huius plagæ principis cognito, præmissis præmittendis dicat coniurationem.

CONIVRATIO.

† *Amenadiel bulurym chamer oty eriscoha pedarmon flusro pean truarbiel fabelron greos belor malgoty nabarym stilco melros fuar pelaryso chitron amanacason.* † Hac coniuratione secundum debitum modum completa, spiritus (inuisibilis alioquin) apparebit visibilis, & reuelabit arcanum.

Capitis eiusdem explicatio.

Amenadiel, Hebraice אמונה ערה אל *veritas testimonii magni*, ad notificandam summam isthuius Principis fidelitatē, subduces ipsius sunt plurimi, reperientur in tabula, character ipsius est ק Cof. Abecedarius, & articulatio, qua solet nobiscum conuersari est ista.

Potestas u x a b c d e f g h i l m n o p q r s t y z & æ

Character á é í ó ú à è ì ò ù â ê î ô û ä ë ï ö ü (ÿ ÿ ÿ ÿ)

Secretum Trithemii ipse dicit non esse latinum, qua ergo lingua? quid? videamus.

Character est Cof ergo ipsi est addictus Armenadiel, littera latina Pylororum index est Q cui correspōdet in Subducum Pylororum tabula Semipilorus Baizur, cum medietate legionis, hoc est cum 19. seruitoribus, illa enim legio 38 cōprehendebat, hinc video Pylam in XIX. dictione constitutam esse, quæ est primum *Et*: a quo incipio colligere minutias spiritatas, & reperio hanc vocalem sententiam.

âíy' äâ èïâ íò íïà ëï èô îí íîâ öûô, èü êè âáâ ïïë ôè êûôü äíö üïûáè.

Voco spiritum vt explicet, venit Amenadiel, & dicit Albertū Goeler etiam eum olim vocauisse ejusdem epistolæ explicandæ causa; illamq; Mysticā periodum suo influxu animatā Gallice resonare sic.

Iay Pierre a garder en ma maison, & les Iuifs ne l'ont pas trouué.

CAPVT XX.

Cuius Princeps Demoriel ad Septentrionem habitat, habens sub suo dominio duces maiores seu Principes numero 400 subduces siue Comites 600 cū multis subseruitoribus & famulis, quorū incertus est numeus.

AD Septētrionem habitat magnus princeps Demoriel, habens sub suo dominio principes & duces principales

Digitized by Google

les 400. quos mittit in ministerium huius artis secundũ ordines suos cum subducibus & comitibus: quorum numerus minor est 600 ad nuncianda arcana omnia, quæ versus Septentrionem voluerimus mandare amicis in hac arte peritis. Ex præmissis omnibus tantum ponamus nomina, quanta nobis ad præsens sunt necessaria, cum numero comitum & seruorum secundum ordines suos in horis.

SVBDVCES DEMORIELIS

Διπυλωροι		πυλωροι		ἡμιπυλωροι.					
8		4		2		Y	S	T	V	X
Arnibiel	F	Doriel	K	Medar	O	46	600	400	60	49
Cabarym	G	Mador	L	Churibal	P	4	660	490	66	48
Menador	H	Carnol	M	Dabrynos	Q	48	666	466	68	46
Burisiel	I	Dubilon	N	Chomiel	R	49	669	490	69	40

Iam habes ex 400 ducibus Demorielis nominatos 12, & ex subducibus, comitibus & seruis in magno numero, qui cum ipsis ducibus secundum ordinem deputatum in horis 24 diei & noctis (quẽ te scire oportet ante omnia) suas partes obeunt. Cum ergo volueris per aliquẽ ex his ducibus in Steganographia operari, vertas te ad Septẽtrionẽ sicut moris est, & præmissis quæ requiruntur ad artẽ, dic coniurationẽ.

CARMEN CONIVRANDI.

+Demoriel onear daburſoy Cohyne chamerſon ymeorpean olayr chelruſys noeles ſchemlaryn venodru patron myſelro chadarbon veuaonmaferos ratigiel perſonay lodiol camedon naſiel fabelmeruſin ſoſiel chamarchoyſyn.+ Cõpleto carmine spiritus ad omnia promptus obediẽs & paratissimus tibi visibilis apparebit, cui secure cõmittis arcanum perferendum.

Sit mihi tale arcanum vel aliud quodlibet intimandum.

Amicus mihi est intimus, procul hoc tempore absens, ad quem mihi negotium est secretissimum, quod nulli omnino, nec literis quidẽ, tuto sit committendum. Vt igitur secretum maneat semper spiritum

Digitized by Google

aliquem vocare libet ex arte mihi familiarem. Commendo arcanũ: venit, vadit, fideliter agit, perfert quæ commisi amico, tuti ambo sumus: ipse quoq; reportat mihi ab amico secretũ responsum, quod nulli mortaliũ alteri dicet. Vt autẽ missum ad se spiritũ amicus ipse intelligat, necesse est literas qualescunq; nihil metuẽtes fingi, in quibus signũ missi spiritus recognoscat. Nõ enim apparet spiritus, nisi compulsus.

Pramittamus literas qualescumq; placuerit, quæ nullius vereantur conspectum.

Ioannes Trittem. Abbas Spanheimensis Iacobo VVimpfelingo, Sletstatino, Theologo, poeta & Oratori facundissimo S.

MAxime vellem Iacobe Wimpfelinge, satisfaceres vel sero tandem pollicitationi tuæ & expectationi de te meæ. Scis autem, autem quid sis pollicitus, & quid expectem, nõn igósás. Non Monachum, sed cum monachis viuere te cupiõ. áccéléra, pariter viũàmus. Ecce hóra instat nostri transitus valdẽ metuendá. Quid érgo moramür? Cur breuem ærumnosumq; incolàtũs nostri státum infœlicẽs negligimũs? Cur àgere pœnitentiam salutari tempõre dêlictõrũ êxcessuũmq; recusamus? Præparemus nos ad mortem, quoniam àccéléràt satis terribiliter, omnes reprobos ũocàt, nũlli párcit, nullum reueretur: orântibus negàt aũdientiãm: lachrymas cõntemnit eiulantium: minasq; despicit Principum: regum nõmina gloriamqũe exterminàt: superoiam tyrannõrũm odibilem cunctis euácuàt. Ergõ frater redemptoris bènêficia exhibita, nõbis valde vtilia, sedulò cogitãtẽs recompensemus, nostros emendando reatus, bonis moribus iugiter refulgentes, quàténũs pœnitenti lachrymisq; placarê districtum iũdicis examen, properãtis ad sedem iudicandi, valeamus qui se terribilem ostendet proiectis, iocũdum electis. Vale, ex Spanheim quintodecimo Calend. April. Anno domini. M D. ——— O

Cum litteras acceperit is cui mittuntur in arte peritus: faciat primo quod ars ipsa requirit: deinde conuersus ad Septentrionem, sicut moris est, proferat coniurationem.

Carmen Coniurationis

Demoriel osayr chameron chulty saueporeanlusin dayr pean cathurmo fomarson ersoty lamedon iotbar busraym fuar menadroy chilarso fabelmerusyn. Carmine completo, sicut in arte præcipitur; aderit spiritus missus, apparebitq; visibilis tibi soli, & alteri nulli penitus: & arcanum dicet in aurem.

Capitis vigesimi explicatio.

Demoriel, qui in Hebræo idiomate dici potest דממה – אמר – אל *Silentium loquens maxime* (semper enim, aut sæpius spirituum nominibus postponitur syllaba אל maiestatis & eminentia causâ. Propriissime hoc nomen spiritui Steganographico fuit inpositum, qui loquace silentio, verbisq; mutis secretum defert, & nemini in itinere nec ante, vel post, nisi ei ad quem legatur vni, adnuntiat.

Character ipsius est ר Rex, qui Hebraice sonat pauperiem, Latine Maiestatem, vt scias Maiestatem veram Latinæ Ecclesiæ in linguæ naturalis cognitione fundatam esse, sicq; sitam esse in paupertate, quósq; Iudæi sanctos Heremitas & alios dicunt miseros, hoc Catholici adpellamus magnificos, Reges, & è conuerso.

Abecedarius, quo ipse articulatas sententias, quando in lingua hac mysticè-secretissima loquitur, est is.

Potestas. tuxab cdefg hilmn opqrs yz&æ

Character. áéíóú. àèìòù âêîôû äëïöü (ÿ ỳ ŷ ÿ̈)

Ex iis jam patet aditus Trithemii epistolæ explicandæ, video characteres. Rex indigitat mihi Demorielem, Lineola Ebram, O Medarem, ex primo colligo secretum legendum esse Alphabeto nuperrime expanso, ex secundo constat lectionis modum esse directum, cõstat ex tertio Pylam in dictione vigesima debere collocari, ratio est (quam in omnibus tabulis esse eamdem debes cognoscere) quia licet ponantur ante hunc spiritum 40 serui, cum ipse non sit Pylorus vt sunt, qui secunda in linea collocantur, sed solummodo Semi-pylorus vt omnes qui collocati sunt in tertia, ideo non illi integra cohors, sed tantum semi-cohors debetur. Dictio vigesima est *Pollicitus*, ab hac incipio scrupula spiritualia in vnum coniungere, & reperio istam vocalem enuntiationem Cabalisticam.

òóó áïö áééïì àóëáéü àüá êû àöê ôêûì äëéü àüá ãäûã öìô üìà öìäï öìêê ôìöì ëìà éû êü.

Quam cum intelligere sit inpossibile sine fauore auxilioq; Demorielis, ipsius influxum voco; benignus ipse fert auxilium legentemque manuducit vt proferat eodem characteres dicens.

Frater tuus captus est in crimine; opus est honorem secreto redimere pecunis,

Recipit epistolam Iacobus, noscit calamitatem fratris, curat de remedio, secretoq; inponitur, quod publice fuisset inpossibile.

CA-

Digitized by Google

CAPVT XXI.

Cuius supremus Imperator & Princeps vocatur Geradiel, ad nullam orbis plagam habitans, sed vagus vbiq; adesse consueuit.

PRæter eos Imperatores, principes & duces spirituũ, quos in superioribus capitulis nominauimus, qui certis consistunt in locis per orbem visibilem, deputati sunt & alii cõplures vagi, & nullibi certo consistentes, quos antiqui sapientes & magi appellauerũt ἀστάτους, id est, *instabiles*; quia volant in aere, sicut muscæ sine ordine, sine habitatione & sine restrictione. Ex his sunt nonnulli nobis ad Steganographiã non inutiles: quia non requirunt obseruantiam locorũ, sed in omni loco per coniurationem aduocari possunt. Primus ex his vocatur Geradiel, qui non habet aliquem sub se ducẽ aut principem, sed tantũ famulos multos & pene innumerabiles, quos secum assumit in ministerium secundum ordines, quos inter se habent, & secundum 24 horas diei & noctis: quorum officium generale est, omnia quæcunque & quamcunque plagam volueris, arcana nunciare.

L	K	I	H	G	F
200	100	40	30	50	60
80	70	100	90	120	110
140	130	160	150	180	170
200	1000	400	300	60	500
800	700	1000	900	1200	110

Hora a meridie				
1	6	11	16	21
2	7	12	17	22
3	8	13	18	23
4	9	24	19	24
5	10	15	20	

Habes in hac tabula secundum horas numeratos & dispositos in ordine suo 18150 ministros & famulos Geradielis magni principis, quorũ dispositionẽ & rationẽ tibi ad operationẽ omnino noueris necessariã, vt scias qualibet hora, cum quot famulis venire soleant: vel quando ipse nõ cõsueuerit venire, sed famuli horæ deputati. Consulo autẽ tibi, vt in

Digitized by Google

vt in operationibus tuis horam obseruare cures, in qua ipse princeps personaliter veniat cum famulis eiusdē horæ, qui alioquin imperatore suo absente nō semper voluntarii sunt ad obediendū id omnibus operāti. Cū ergo per hunc principē operari voueris; premissis premittēdis, dic coniurationē.

CARMEN CONIVRATIONIS.

+Geradiel onayr bulesar modran pedarbon sazeuo nabor vielis proyn therdial masre reneal Chemarson cuhadiam almona saelry penoyr satodial chramel nadiarsi thorays Vayr pean esridiel cubal draony myar dearsy colludarsy menador atotiel Cumalym drasnodiar paomy sofiel almenarys satiel chulty dealny peson duarsy cuber fruony maroy futiel, fabel merusi venodran pralso lusior lamedon fyuaro larboys theory malrosyn. +Completo carmine, spiritus aderit, vel principalis cum seruis, aut serui ex numero horæ sine principe, sicuti volueris secundum horas, vt supra diximus.

Arcanum quodcunq; placuerit committemus, semper occultum erit.

Sit mihi quodcunque arcanum, quantumlibet secretum. quod vel vni vel pluribus per spiritus sit intimandum amicis in arte Steganographiæ ad perfectum institutis. Voco principem prædictū hora mihi congrua, committo mysterium, accipit ille, vadit, perfert omnino fideliter: literas mitto pro forma tantum, vt decipiantur homines: & is, cui mitto, sciat ex signo subscripto, quem spiritum debeat aduocare, quia non comparent non compulsi.

Literas mitto quale scunque non secretas.

Ioannes Trittemius Abbas Spanheimensis omnibus eruditis & curiosis in hac arte sine præceptore legentibus, laborem.

VItam ūestram radicitus èmēndate. Iudicii districtum exámen subito omnes compræhendet (nemo tutus) & ämarítudine sua, luctibusq; æternis vitiôsôs replebít, contristáre sanctos non aùdebit. Eiúlantes deplorate reatus vestros míserrími stultiffimiq;. Ecce sine exercitiis bonis nomen religionis recusátis. ān nescítis examen superuenturū nôxiis? Appropinquat horá noùissima: non ūiuèmus diu, séd ex ímprouiso tránsire omnes mortäles horribíliter cômpelle-

Digitized by Google

mur. Itaq; nõlite tempus negligere: gratiã concessam operibus honorate. Ex Spanheim. 13. Cal. Aprilis, Anno 1500. ☿ — 6 F.

His literis susceptis vel quibuslibet aliis, quæ fuerint characterę Geradielis insignitæ: non opus erit quoquam se vertere: sed præmissis in arte consuetis, Coniurationis carmen dicendum est.

Carmen Coniurationis.

+*Geradiel osayl chamerusin chulti pemarsoniel dayr fayr chaturmo les bornatyn ersoty camylor sayr fabelmerodan cosry damerson maltey nabelmerusyn.*+ Hac Coniuratione completa, spiritus missi apparebunt tibi visibiliter, ubique manifestabunt omnia, secrete loquentes in aurem.

Explicatio.

Spiritus is qui Trithemio dicitur Geradiel, Hebraicè reperitur גר הר אל *Peregrinus enigmaticè loquens*, optime sic dictus, quia, vt notat Trithemius ad nullam orbis plagam habitat, sed vagus vbique adesse consueuit, & sic vbicumq; sit est peregrinus, dicitur ænigmaticè loquens, quia licet purissime & castissime ipse loquatur, dum loquitur mysticoidiomate non nisi ænigmaticus auditur à nobis, qui mysticum illum sermonem ignoramus.

Character huius spiritus est ☿ cum puncto in sinistro cornu: Pyloros non nominat sed tantũ ex hora infert, quãdo is erga nos loquitur, materialesq; eformat voces vt audiatur sequitur hanc articulationẽ.

Potestas. s t u x a b c d e f g h i l m n o p q r y z & œ

Character. á é í ó ú à è ì ò ù â ê î ô û ä ë ï ö ü ỳ ỹ ŷ ÿ

Ex hac erit facile inuestigare quid sibi velit Trithemius in hac epistola isti Spiritui commendata, speculor characterem ☿ spiritum indigitat. Pylam 6 F in angulo communi prę se ferunt 6o in tali scilicet dictione (quæ est *Gretiam* in fine) cõstituendam esse. Ab hac ergo incipio, & colligẽs reliquias spirituũ hanc reperio ἐυφωνίαν sententiã.

ùüíèéíá äíô ôíá; ùüíè éíá, äíô ôíá; ùüíè éíá äíô ôíá

Ἐυφωνίαν non intelligo, voco spiritum Geradielem vt declaret, ipse in ictu oculi aduenit, quia cum sit nullibi ęque distat ab omnibus locis, & temporis atomo quocumque vocatus potest adpropinquare: Incipit exponere latinus, quę Μυστικὰ φωνήεις prius dictauerat audiamus

Fructus nullus, fructus nullus, fructus nullus.

Itaque

Digitized by Google

Itaq; diffinit sine magistro hac in scientia profectus nullos posse Tyrones facere, & sine aliqua vtilitatis specie laboraturos esse.

IOANNES CARAMVEL TRITHEMIO SVO ÆTERNAM FŒLICITATEM DEPRECATVR.

Abbás Trithemi innùmeri mihi caüsa laborís,
Qui mihi sollicito cura perènnis; Aué.
Deprecor æternís gáùdiis fúngarís Olympi,
Empyreè ætérnæ sít tibi láudis honos.
Hûmanæ titulôsque tibi labor isté minístrát,
Contractæqùe notæ dedecús omne fugat.
Obsecro vt adsíduus pro mè ores numén, ab ipso
Empyreám (hûmanam subcípe) cônfer opém.
Et crede íngenium præcedere posse mágistro
Doctrinam siqùidem clariùs íllud habèt.
E'n Steganographíæ sine quoquám ûasta magístrô
Æquora transnaui, λιμένα íâm teneo.
Frùctüs adest multus, tíbi major fungèré fructu.
Fungamur, Mundûs fungítôr, innuméro. í.

ꝟ —— I F ✱

Legit Author noster (cui precor Cœlestibus consotiari spirituũ choris) cognoscit Geradielis signum, epistolamq; hora prima scriptam, minuta littera F insinuat in angulo conmuni 6. quæ à Padiele ✱ Melione diminuta solummodo sunt tria, sicq; cognoscit in hac dictione tertia Pylam esse: ab illa incipit, & legit hanc periodum.

ùüíèéíá ûíô éíá, ùüíê áíá ûíô éíá, ùüíè éíá, ûíô éíá. ùü íêé ûíô éíá.

Ipse jam (vt spero) cum Spiritibus cõuersatus sydereis perfectioribus multò Steganographicis linguam mysticam non intelligere inpossibile est, sicque suo ipse genio manuductus sibi pro Geradiele subsicit, & præstat vt etiam in Euphonia vocali Latinus loquar sic.

Fructui multus, fructus multus, fructus multus, fruct, multus.

Et noscit adsistentia & ingenio potiùs quam Magistris summas rerum difficultates superandas esse.

CAPVT XXII.

Cuius Princeps est Buriel nocturnus, Lucifugus, & habitans in lacubus & foraminibus terræ; & non fit operatio per eum nisi in nocte.

POst Geradielem sequitur Buriel, princeps quidem magnus, sed peruersus & nequam, qui omnes alios spiritus (&

Digitized by Google

maxim: principes) odit, persequitur, detestatur: sed non minus odio habetur ab illis: lucē timet, & fugit cū omnib. ducibus & famulis suis, nec vnquā venire consueuit nisi in nocte, & hoc frequenter cum magno horrore & pauore operantis, maxime si non fuerit perfectus in arte, constans & fortis animo. Et frequenter apparet in specie serpentis, habēs caput virgineum, caudam & totum corpus serpentinum, sibilans terribiliter. Adiuratus debito modo, verbis humanis loquitur, habet sub se duces & principes, quos in ministerium mittere consueuit cum famulis & seruis eorum, quorū multitudo est pene innumerubilis. Ex his aliquorum nomina ponamus, qui nobis ad operationem sufficiant.

CVSTODES PYLÆ.

Διπυλώροι		πυλώροι		ἡμιπυλώροι					
4		2		1		S	T	V	X
Merosiel	F	Casbriel	K	Drusiel	O	100	10	19	199
Almadiel	G	Nedriel	L	Carniel	P	160	16	18	198
Cupriel	H	Busiel	M	Drubiel	Q	190	18	16	196
Saruiel	I	Futiel	N	Nastros	R	199	19	10	190

Habemus in hac descriptione tabulæ ex principibus Burielis 12 cū famulis multis qui secundum 12 horas noctis inæquales, quas planetarum appellamus, cum ducibus singulis in ordine suo procedunt, cum ab operāte fuerint debito modo vocati. Dux apparere cōsueuit in forma qua diximus: famuli autem solent frequēter apparere tanquam simię aut ioculatores, ludentes & saltantes ex alto ad terram, mirabili phantasia. Cum per istos principes operari volueris, nō pręsumas, nisi post solis occasum incipere operationē tuā: quia nō obediūt, nisi in nocte. Nō opus est obseruare plagā orbis sed inspiciēdo terrā sub pedibus dicito istā Coniurationem.

CONIVRATIO.

Buriel mastfoyr chamerusyn, noel pean Ionachym mardu-

Digitized by Google

san

ſan philarſij, pedarym eſtlu carmoy boyſcharonti phroys fabelronti, mear Laphany vearchas, clareſon, notiel, pador aslotiel, marſyno reneas, Capedon, thiſinaſon melro, lauair carpentor, thurneam camelroſyn. Carmen iſtud cum ſub ſilẽtio dixeris ſemper inſpiciendo terram: ſpiritus aderunt vocati. Sed vide ne terrearis: quia tibi nocere non poterunt, ſi fueris fortis & animo cõſtans. Et nota, quod iſti principes ſeu ſpiritus, quamuis generaliter deputati, nunciare omnia nocturna ſecreta in nocte habeantur: maxime tamen ſunt apti & voluntarii nuncium ferre in carceres & lacus ad captiuos, & ſimiliter in his quæ pertinent ad amorem carnalẽ, & occultas practicas amantiũ; ad omnia, quæ fiunt in nocte, ſiue bona, ſiue mala ſint, quia lucem odio habent.

Ponamus arcanum, quod nulli penitus ſit confidendum, vt;

Arcanum mihi ſit ad amicum in hac ciuitate conſtitutũ, quod illi nec per literas poſſum, nec per nuncium ſignificare, ne fiat publicũ. Obſtant mihi plura, ne amicum ipſe accedam. Voco aliquem ex prædictis ſpiritibus, committo illi myſterium: vadit, nunciatque fideliter, quæ commiſi: ſum tutus.

Literas confingam qualeſcumq; voluero, quæ neminem vereantur, nempe vt ſunt iſtæ.

SAluator noſter Ieſus Chriſtus, qui humanum genus cruore ſuo in Cruce moriens redemit, ſollicite abſq; intermiſſione eſt a nobis laudandus: ipſe fugauit mortem, vitamq; nobis æternam ſe timẽtibus amantibuſq; ſpopondit traditurum. Nunc itaq; exurgamus, chariſſimi fratres, a peccatis noſtris, operibus bonis lucernas noſtras componentes: ut redemptori læti occurramus in hora metuendi tranſitus, quando mors rapiet animas noſtras. Habemus nunc copioſum tempus implendi pœnitentiam, lucernaſq; ornandi: in hora vero mortis vltima ſpacium nobis pœnitendi vlterius prorſus negabitur. Conſideremus breuiſſimam gloriam mũdi, quoniam vana eſt: tranſit velociſſime noſq; cum illa omni hora corrumpimur. Humiliemus ergo corda noſtra omni tempore, nunquam deficientes. Anno M. D. 13. Cal. April.

Digitized by Google

Cum has aut alias quaslibet susceperit literas is cui mittuntur, in arte peritus: cognito signo Buriclis, præmissis premittendis, terram inspiciat, & coniurationem dicat.

CONIVRATIO:

Buriel, Thresoy chamerontis, hayr plassu, nadiel, marso, meany, pean, sayr, fabelron, cathurmo, melros, ersoty cadubero syn. Dicto carmine, spiritus omnibus inuisibilis, tibi visibilis apparebit, & arcanum sibi commissum fideliter dicet.

Expositio.

Secundus post vigesimum spiritum vocatur בור—אל Buriel, *spiritus cisternarum, lacuum, cauernarum*, ideoq; ex etymo in iis locis eum residere noster Trithemius dicit. Principium ipsius Abecedarii est a e i o u, Hebraice אחי אוג *miserabilis serpens Python*, & ideo satis lepide ipsi figuram serpentinam adscribit, caput virgineum non negat, quia apud antiquos in hoc Pythones ab aliis colubris distinguebantur, quod Pythones vocales essent, alii φλογοι, ideoque λόγοι capite humano pingebantur.

Custodum Pylæ, siue quod idem est Pylorum tabula satis est ex dictis manifesta, distinctio illa Διπυλωρων, πυλωρων καὶ ἐμπυλωρων non est vbiq; repetenda, Coniuratio jam transducitur in proprio loco curiositatis causa, sed nō est hic maxime necessaria cum nihil dicat quod non sit superius explicatum. Character huius spiritus est ☿ cum apice in dextro cornu, articulatio autem ipsius est hæc.

Potestas. a b c d e f g h i l m n o p q r s t u x y z & æ

Character. à è ì ò ù â ê î ô û ä ë ï ö ü á é í ó ú. (ÿ ÿ ÿ)

Mens Trithemii satis est lepida, quam si vis adsequi quære Pylæ signum obfertur OT character semi-pylori Drusselis in ordine T, & ideo si in angulo conmuni reperis 10. tribue semi-pyloro medietatē, & dic quod in dictione quinta constituit hujus Pylam epistolæ Trithemius. Ab hac incipe spiritualizatas jungere, & reperies, in ipsis satis aptē dispositis isthanc sententiam.

öô éiô éô ëïà aïù éí

Trade eam Burieli declarandam & ipso duce illam transcribes sic.

Piscis in hamo estō.

De aliqua re ab ipsis desiderata, jam tandem tandem adsecuta, quam noluit hic Author noster Trithemius eminentissimus exponere, vel

Digitized by Google

forte

forte de nihilo, quia hæ (vt credo) epistolæ potius gratia exempli, quam veritatis historicæ adponũtur. Hoc dixerim pro aliquibus, qui omnia censurant, in pessimamq; retorquent partem, quæ non adequantur, sicq; tale bipedum genus forte minus sincere de hac epistola posset sentire, quia quando est pro ratione voluntas, ex atomis montes maximi solent eformari, sed cum nullo, aut fragili nitantur fundamẽto necessarium est quod in magnum conponenentium dedecus corruant, & subuertantur. Sed hoc poo hac, & aliis obscuris lectionibus sufficiat adnotasse.

Subjungamus vnum aut alterum exemplum clarioris vberioriq; doctrinæ gratia.

Reuerendissimo D.D. Raphaeli Baccharti ordinis S. Benedicti, Abbat Louiensi meritissimo. &c. S.P.

Fide humanâ certissimum, imò ratione metaphysicâ credebam conmonstratum relatiua esse simul tempore, & cognitione, & ni tuã (Heros Reuerendissime) Dominationẽ cognouissem in hac sàne opinione perseuerãssem, sed jam experientia dôctus, ductus, cognosco vel hoc principium naturále esse fàlsum; vèl si verum; te trãs naturale quid esse, seu naturæ miraculum; in te etenim nôn ûerificari cognosco scientifice, quia per càusas, effectusq;.

Tui splendor nominis, atq; nobilitatis Fàma longê lateq; extensa, me Alnæ Tritemii Commentatôrem agentém, inuitauit, adtraxit, ùt Louium veniens ex Vrbánitàte ignoto Nomini fásces submitterem, sed visà tua magnanimitas, Nôbilitasq; perillustris cõegit, vt nôn jã ex ùrbanitate, sèd ex vera amôris propénsiône rẽuérterer non semel ex dùlciloquio Athenas integras, hasq; excellentissimas participatũ. Ex splendóre illo tuo ad dillucidissimè gesta veniens tãquam a causa, exq; his ad illum ceu ab effectu rediens, mirabar sæpius Absòlutum Heros, ac dominum ad alios respicere contra naturæ leges, quæ respectus non tribûunt Absôlutis; Quando mihi honorificentissimũ a viro tanto respici judicauero, mèq; vix capácem tanti honoris, non mirari nõ poteram me hujus terminum respectus nec absolutũ esse, neq; correlatiuum. Obligatione vincienti animum, adliganti beneficio plurimo absolutus non mansi, deficiente correspondendi obcasione, nullus à me oriri correspectus, cum grates dignas tibi non possem correferre. Tandem non eramus simul tempore correlatiui. Verum, vt verum fatear, licet hæc rerum nouitas, Genium meum vrgeret, nos, qui non simul tempore, saltim simul cognitione correlatiuos esse; solabatur; statuentem alio tẽpore correspondere. Increpabã sæp iuscule, vt pennis pœnæ adcederet optatum tẽpus, illud autem lætitiæ,

Google

titiæ, ideoq; morosis adsumptis, tandem tandem deuenit, fecitq; desiderãti copiam vt gratitudinis causâ ad te possem referri graphicos, Ministerio illustrissimo Trithemii illius tui, imò jam mei, Spanheimi olim Abbatis meritissimi, qui meritos, debitosq; respectus ad te vnũ dirigeret, quia si tibi sapientes sunt gratissimi, & sancti culti, & cõfratres amati, cum Trithemius sapientissimus, sanctissimusq; vir, tuusq; confrater exstiterit, non poterit non esse gratus, non coli, non amari, non diligi. Nec ego (cujus labore sublata sunt inpedimenta, & mysteria hujus lucis splendores perlucidos obnubilantia; cujusque industria Trithemii ingenuitas, & sanctitas, vt videris, fuit demonstrata) dum me totum ad tuum obsequium refero, dum te totus respicio subditissimus) potero tuam (quam maximi fecero) gratiam, cultũ, amoremq; non participare. Fac gratus colam, colentem ames, vivas, valeas. Bruss. quarto Kalendas Apriles Millesimas sexcentesimas trigesimas quintas. ☿ —— F T

Reuerendæ Paternitatis vestræ addictissimus Ioannes de Caramuel.

Character scin indigitat spiritum Burielem: Linea Ebrę spiritualis directionem: F Διπυλωρον Mesorielem in platea T, vbi angulus communis obfert. 10. ministros, Cumq; Merosiel sit Bicustos, dypylorusq; maiore bonore dignus recipit ex arte viginti, sicq; constituta pyla in vigesima dictione incipiat lector, secretam litteram examinare, cõjungens partes spirituum (Steganographici enim spiritus licet inmateriales sint suas partes habent) reperietq; eas esse vocales in hoc sonitu.

àò ãôáàèôûôà ãàêôé, ùí áàáà óôòùèôé ôë éùìóëòï ûôèãï.

Si vrgeatur spiritus ipse met explicabit, inq; Latinam linguam transferens dicet.

Admirabilia magis, & rara videbis in secundo libro &c.

Reuerendissimo D. D. Henrico, Villeriensi Abbati, à Coußliis Status Brabantiæ, maioribus semper dignissimo S. P.

Lugebat Orbis, Ordo, Lyceus, nõbilem, sanctum, ac doctissimum Virum, vbiq; ingenuum inuri nóta pessima, & crímine nefastô cóndemnari Trithémium. Clamabant pii, sed audacius e contra impii in ipsius innocéntiam, & sanctitatem reclamabant. Nùllusq; aduenerat, qui quæstionem dirimeret, alterutram partem demonstrando. ita vt disputatio æternè perennis crederetur; optassemus semel condemnári innocentem, illiusq; simul nômen, ét condemnationem sépelíri, quã repetitis notis diebus singulis emaculàri. Inuidi sæpissime mordebant, sed nôn subficiebant deglutire, sicq; euomebant iterum, ne

Digitized by Google

deficeret, qui morderetur. Ægrè ferebam (fateor) videre vix poterã; cum vix poteram ipsa non vidisse. Trithemii authoritas, acumen eloquentia aliciebat ãnimum, rapiebat voluntãtem, vt ipsum amàrem vindicandum; sed diligẽtia quærens, nôn reperiebam vindicem: nec audebam mihi conmittere, quod inpossibile Doctiores judicàbant. Tãndem variis tentatis modis, fœlicissima illuxit dies, & menti meæ Trithemium dillucidaturæ clarè splendidos radios cõmunicauit. Illã diem veneror fastam, Steganographiæq; Natalem, hæc etenim nondum erat nata mundo, nec sibi: non Mundo, quia incognita; non sibi, quia iuxta illud Horatii,

Scire tuum nihil est nisi scire tuum sciat alter

nil sibi erat, eo ipso quod non cognoscebatur. Vix-nata postulat ad manus tuas obsequii causa deuenire. Balbutientem audias, honores, quia, vt mihi persuadeo, si adhuc infans adeo est acutissima, cum vix tertiam partem adtingat debitæ magnitudinis, quando ad corpus debitum creuerit, seipsam excedens acumine & ingenio, gratior ad te in debitum obsequium ibit. Vale.

Rmæ tuæ obsequentissimus Ioannes de Caramuel.

Visa littera Scin cognoscitur hanc venire epistolam cum Buriele, cujus directus minister generalis Ebra dirigit, littera spiritualis mystice loquetur sic.

öãï ôí ôóééùáôé éíàîôã ãàìôàã.

Si vrgeatur arte spiritus latinizabit sic-

Prout iusseris statim faciam.

Responsum alicuius rei a Reuerendissimo Villeriensi Domino, mihi jussæ, summa cum cura executioni commendandæ.

Cum deficeret pylorus necessarium fuit incipere à principio.

CAPVT XXIII.

Cuiem Spiritus & Princeps supremus vocatur Hydriel, & moratur in aquis: habens sub se duces 100 comites 200 famulos pene innumerabiles.

EST alius inter principales spiritus princeps, qui vocatur Hydriel, & moratur in aquis piscinis, lacubus, paludibusq; & mari, & circa fontes, cisternas & flumina; habẽs sub suo dominio ad minus 100 duces siue principes, comites vero siue subduces 200. & famulos multos. Horum officium est generaliter nunciare omnia tã per aquas quam per terrã,

Digitized by Google

siue in die sit, siue in nocte. Et scias, quod satis beneuoli & volũtarii ad omnia sunt principes, sed non ita apparet, quãdo veniunt coniurati. Apparet enim frequẽter in forma serpentis, aliquando magni, aliquando parui; caput virgineum valde pulchrum habentes, capillis expansis. Nullus eorũ solus incedit: sed quilibet princeps secũ ducit ad minus duos comites, & 80 famulos. Vt autem in operatione non incurras errorem, ex ducibus tibi aliquorum nomina ponam.

Ἀπτολῶρος		πτολῶρος		ἡμιπτολῶρος					
4		2		1		S	T	V	X
Mortaliel	F	Lameniel	K	Camiel	O	10	89	100	209
Chamoriel	G	Brachiel	L	Arbiel	P	16	28	166	296
Pesariel	H	Samiel	M	Lusiel	Q	18	26	169	260
Musuziel	I	Dusiriel	N	Chariel	R	19	80	190	290

Ecce habes ex principibus & ducibus Hydrielis 12. & ex comitibus & seruis qui tibi sufficiant ad operationes tuas in Steganographiâ secundum ordinem 24. horarũ: ita vt quilibet dux habeat 2. horas, comites & famulos 110. in ordinibus suis, quos te omnino scire oportet. Cũ per istos principes spiritum aliquid agere in Steganographiâ volueris fac quæ scis secundum artem faciendâ, & dic coniurationem.

CARMEN.

Hyridiel, aprou chamerote, satrus pean nearmy chabelon, vearchas, belra nothelmy phamaron, sarsoy pedaryn onzel, Lamedo drubel areon vealty cabyn & noty maleros hayrmy pesary does, pen rasi medusan ilcobi person. Carmine dicto, spiritus quem vocasti aderit, cum seruitoribus sibi secundũ horam deputatis, eritq; tibi in omnibus obediens, & fidelis ad omnia, ad quæ miseris eum.

Arcanum aliquod fingamus.

Sit mihi arcanum valde secretum qualecunq; ad amicum, quod illi nec per literas, nec per nuntium tuto possim facere notum. Ne ergo

Digitized by Google

ergo in lucem venìat secretum, aduoco spiritum, venit, obtempera ille, commendo secretum, perfert fideliter.

Literas qualescumque formemus.

Ioannes Tritt. Abbas Spanheimensis fratri Petro Marponio Gisemio laureato, Monacho Rhenensi S. P. D.

FRatea Nicolaus Irbusiensis Episcopus suffraganeus reuerendissimi patris, illustrissimiqué ducis Adami Insignisburgi Patomorani, honestissimi clarissimiq; Archipræsulis, infatigabilis librorum amator iustissime, videtur Abbatem, Vinilianum nomine (quia est) bestiis comparare, epulantem splendide inter bestiarum merdimonia, præferetem uolumibus vitulos, quemadmodum Reuchlyn firmauit. Tu Nicolaum, rogo, imiteris, optimum mansuetissimumq; pontificem, uale 12 Cal. April. M. D. ——— FS

Cum literas istas aut quaslibet cum signo Hydrielis acceperis: nulla consideratione orbis obseruata, sed premissis duraxat generalib. in arte premittedis, ex more dicito sequetia.

CONIVRATIO.

Hydriel omar, penadon epyrma narsoy greol fahelrusin adiel pedrusy nozeui melrays vremy pean larsoy naes chemerotyn.

Hac coniuratione dicta, debito modo, secundum institutionem artis, apparebit tibi spiritus missus visibiliter, reuelans arcanum sibi commissum in aurem.

Expositio Capitis.

Hoc nomen Hydriel ab eloquentia potius Græca, quã ab Hebrea videtur emanasse, quia Ὑδωρ, ὕδατος, τὸ. Græce est *aqua*. vnde oritur Ὑδρία. ας. ἡ. *Vrna aquæ*, sicq; erit Ὑδρι-ηλ *Spiritus aquarum*, quod sane etymon respondet officio ab ipso Trithemio designato cum dicit, quod is moretur in aquis, & aquosis locis, qualia sunt, ὑδρίαι, ὑδροφόροι, ὑδροχόοι, ὑδρωπίες, ὑδρωπικοὶ ἵπποι, & similia.

Character ipsius est ת de quo plurima dixere scripturarii tractates de iis qui habuerunt signum Thau in frontibus suis, sed cum hic positum sit ad placitum & loco ipsius possemus aliud subrogare, non est cur plura de ipso fine obcasione edisseramus, maximè cum breuitati studeam, & solum aliquãdo prolixior esse velim ob majorem eluci-

Digitized by Google

dationem secretorum caliginem sœpe inadcessibilem inhabitantiū.

Quando eloquentia, Hydrielisq; lepiditas aures coniurantium inundat litteras εὐφωνίολογῶ pronuntiat sic.

Potestas. x a b c d e f g h i l m n o p q r s t u y z & œ

Character. à è ìòù âêîôû ä ë ï ö ü á é í ó ú ý ÿ ŷ ÿ

Ex hoc, & charactere ה——FS colligimus Pylam in dictione ao (quæ est *videtur*) collocari, inde insidias Trithemio secreto præparemus, vt illud possimus ipsius ducti principiis speculari. Littera Euphonica quæ ex reliquiis colligitur spiritualibus est hæc.

ìéè ëû úí ö ìûûó ôúé èó ö íúòò âùäéâ.

Εὐφώνιαν admirantes quæramus interpretem, si vadimus ad alium totius Steganographiæ spiritum non respondebit, quia non est in epistola ipsius character, & ipsi Hebræis secreto Cabalistico coacti, ligantur characteribus; ergo veniamus ad eum, qui in signo ה spiritus est sigillatus, vocemus Hydrielem, audiamus eius vocem, quia cognita ipsius articulatione facili negotio hujus spiritū litteræ scrutabimur. Faciamus quæ facienda sunt secundum artem, videbimusq; satis visibili specie spiritum hanc vocem ad aures nostras musitantem.

Gramius obiit, curato succedere.

Aliquis forte Abbas Benedictinus talis nomine, ideoq; summo secreto curat ipsi Petro Marponio nuntietur defunctus, vt antequam futuri electio Præsulis præoccuparetur ab aliis, ipse possit arte animos habentium vocem præoccupare, vt pro Gramio Antistes (vt Trithemius semper erga suos fidelissimus optauerat) eligeretur.

Ponamus & ad majorem lucem aliud etiam exemplum.

NOBILISSIMO HEROI D. IOANNI OSVALDO BRIto à Catholica Majestatis secretis Belgicis, &c. semper Domino meo.

Quam sit necessarium Principibus, Regibus, âc Monarchis, eorūque Ministris, qui secreto præpositi, vulgo dicuntur Secretarii, characteri significationem, matrimonio locare clandestino, omnes illi priores cognouerunt Monârchæ, qui huic studii genere legūntur vâcauisse, Ministrisq; suis mentis arcana per latebras manifestasse. Quod si in singulari Iūlii, Augustiq; Cæsârum cryptographiam examinem, â pingui conpositam Minerua fuisse inueniam, & maximis obnoxiam periculis, altiorēq; spiritū indigere, qui modo Steganographicos conceditur à nostro Trithemio, meis longæuis studiis explicatō. Gaudeo Trithemii honori consulens, vestræ dominationi perillustri, officioq; maximo vestro potuisse subseruire; perennis, si digneris jubere, ex animo perseuerabo. Vale. ה——FS

Ioannes de Caramuel.

Ex

Digitized by Google

Ex charactere Thau cognoscitur Buriel: ex lineola Ebra, ex F. Mortaliiel; ex S numerus 10. anguli communis; ergo πύλη est dictio vigesima, ex eaq; Curiosus, nobilisq; Heros exordium sumens reperiet hanc periodum.

îâëüâé èúùûâïî âéö ùöëûïèó ûöïû úéèâ.

Quæ iuxta leges Burielias explicita, & ad latinam linguam reuocata erit. *Semper audiens ero Dominationi vestræ.* Quod licet expresse sæpissime sit dictum, subprimitur in præsentiarum, obculteq; ponitur exempli causa, vt cum subpetat obcasio, per latebras, clandestinasq; notas agere valeamus.

CAPVT XXIV.

Cuius Princeps vocatur Pyrichiel, habens sub se duces, principes, comites, famulos multos, quorum numerus incertus est.

PYrichiel princeps quidam Spirituum supremus nobis ab arte nostra non videtur omnino abijciendus: quia satis beneuolus esse perhibetur.

Non habet sub se duces aut principes more cæterorum, sed tantũ comites & subseruitores, quorum incertus est numerus. Sunt qui dicant eũ duces sub se habere & principes, qui nobis videtur proprietatẽ & consuetudinẽ eius non satis intelligere: quippe qui comites & seruitores pro ducibus somniarunt. Nomen autem Pyrichielis ab igne traxit vocabulum; quia frequenter circa ignem versari consueuit.

πύλωροι	ἡμιπύλωροι.					
2	1	O	P	Q	R	S
Damarsiel F	Menariel K	200	290	100	80	89
Cardiel G	Demediel L	100	600	60	50	56
Almasor H	Hursiel M	0	00	-0-	-0-	0
Nemariel I	Cuprisiel N	400	30	36	10	19

Habes iam octo ex comitibus Pyrichielis cum famulis ad obsequium deputatis secundũ ordinem horarum. Cum itaq; per istos dictos iam spiritus operari volueris: voca vnũ ex eis, quẽ volueris: & cum iterũ operaris alia vice, tunc vocabis

Digitized by Google

cabis alterum immediate sequentem: & simili modo cum cæteris faciendum memineris. Premissis itaq; ex more premittendis in arte generaliter, dic coniurationem istam.

CONIVRATIO.

Pyrichiel mar foys chameron, nael peanos pury lames iamene fameruſyn mearlo canorſon theory torſa, nealthis dilumeris maphroy carſul ameor thubra phorſotiel chrebonos aray pemalon layr toyſi vadiniel nemor roſeuarſy cabri phroys amenada machyr fabelronthis, poyl carepon vemij naslotyn.

His cõpletis, ſpiritus, quos vocaſti, videbis præſentes: & principalis ſemper in forma ſerpentis caput pulchrũ habens instar virginis, capillis expãſis, apparere cõlueuit. Sequitur.

Arcanum ponamus quodlibet.

Arcanum mihi ſit ad amicum procul abſentem, quod nec per literas tute mittere poſſum, ne legantur diſſectæ, vel certe in via præceptæ. Homini perferendum minus confido; quippe qui nouerim fidem in hominibus cum fortuna mutari. Vt ergo ſint omnia tuta, ſpiritum ſecreti amicum aduoco: venit ille mox, audito carmine, perfert commiſſum fideliter.

Formemus literas vt placet.

Ioannes Trittemius Abbas Spanheimenſis Iacobo Draconio Pramonſtratenſis ordinis Canonico, S. & charitatem.

Eſt nobiſcum Mathematicus inſignis & egregius rhetor, tranquilliſſimæ vitæ ſtudiõ ferũens iugiter. Habet ſecũm cõdices fermẽ infinitos, exemplariumq; diuerſorum inæſtimabilem thesaurum: rectæ & bonæ vitæ, ſocietatiſque honeſtæ. Iocũndus beneuoluſq; doctor: in reſoluendis dubiis expertiſſimus. Res grandes exponit: nomen ſuum eſt Orophanius, regni Böſne Burggrauius. Vale. 12. Calen. Apr.

Cum has aut ſimiles quaslibet acceperit literas Pyrichielis charactere ſignatas, is cui mittuntur in arte Steganographię peritus, faciat ſicut nouit ſecundum artem eſſe faciendum: deinde accenſo lumine dicat iſtam coniurationem.

Coniuratio.

Pyrichiel oſayr chameroſy culty meſano dayr fabelron cathurmo

thurmo peau ersoty meor iathor cabon Frilasto melrusy.
Carmine dicto, nuncius inuisibilis visibilem se præstabit, & commissum sibi arcanum fideliter reuelabit in aurem.

Expositio.

Nominis Etymon explicauit Trithemius, ideoq; non erat in hac parte opus opus cõmentarius, quia si Pyrichielis nomen ab igne traxit vocabulũ, nuncupabitur hic spiritus πῦρ ψχὴ φλ *Ignis sonitus*, vel *Flamma personans*. Ipsius character est Caph finalis ך articulatio vero est hæc.

Potestas. u x a b c d e f g h i l m n o p q r s t y z & æ

Character. à è ì ò ù â ê î ô û ä ë ï ö ü á é í ó ú. (ý ỳ ŷ ÿ)

Ex hac doctrina sine difficultate maxima poterimus Trithemii nostri in hac epistola mentem adsequi character in quo adligati sunt spiritus est ך — HQ. Per Caph cognosco Pyrichielem hoc est Abecedarium antecedentem, per lineolam — cognosco Ebram, hoc est, motum directum, per HQ cognosco Pylorum hoc est primæ dictionis indicem qui est Almafor, in ordine Q. quibus coresponde in angulo communi-o-, quod significat pylam esse in medio epistolæ, quia deficiente numero aliquando in Pyloris cifræ hæ reperiuntu., o; oo o; o significat, quod pyla in prima dictione, oo quod in vltima-o- tãdem quod in media collocatur: sicq; in præsenti epistola, cum reperiantur dictiones 48. media est *Bona*, inibiq; Almafor collocandus. Inde ergo incipe spirituales reliquias colligere & reperies hanc sentẽtiam mystico vocalissimam.

áiiê ëì úäïä ö â àöää ó äö úêá üöê.

Obtegitur sententia aquis multis, necesse est vt hunc transnes Oceanum Nauclero gubernante, sonat in linteis ventus, quem inspirat Pyrichiel, & ignipotens contra difficultatum oceanos maiores consumendos obponitur, & periodo Mystica considerata, ad latinismum transfert his verbis.

Prælatum in dubiis antepone.

Semper non solum ingenii Staganographici acumen, sed & pietatẽ, sanctimoniamq; ostendit Trithemius breuissimis sententiis, thesauros verissimæ doctrinæ maximos ad amicos transmittens: consultus ab amico (vt colligitur ex rescriptione) in dubiis (puto quando Prælatus aliquid jubet de cujus vtilitate, aut necessitate dubitatur, reclamantibus aliis non solum illud inutile sed & pernicioſum) quæ sumẽda sibi deberet esse resolutio, doctissime atq; simul sanctissime respondit,

Digitized by Google

dit, in dubiis quando non constat euidenter superioris præceptũ esse pernitiosum pro Prælato judicandum esse, ipsiusq; anteponendam dignitatem iuxta illud cõmune, *In dubiis potioris pars potior est*, quia in re dubia omnia sunt posita in Statera, sunt etenim æqua ponderap ro vtraq; parte, & sic cui adcreuerit authoritas Prælati parti, inibi est certissimum, præponderandum esse.

CAPVT XXV.

Cuius Imperator & Princeps Emoniel vocatur, habens subduces, & principes 100, comites & subseruitores multos: qui habent officium generale super omnes.

HVius Capituli princeps Emoniel cum ducibus & principibus suis vagus & instabilis est, & frequenter in nemoribus habitat, non fugit lucem, beneuolus & promptus ad omnia quæcunq; mandaueris ei, & tam in die, quam in nocte, libenter occurrit vocatus. Habet sub suo dominio principes & duces 100. comites siue subduces nõ pauciores quã 20. famulos & seruos sine numero certo. Ex his nominabimus aliquos, qni nobis ad operandũ sufficiant, cęteros suo loco cum aliis reseruantes, si opus fuerit nominandos.

Διπυλῶροι		πυλῶροι		ἡμιπυλῶροι					
4		2		1		S	T	V	X
Ermoniel	F	Dramiel	K	Cruhiel	O	10	20	100	20
Edriel	G	Pandiel	L	Armesiel	P	16	26	160	24
Carnodiel	H	Vasenel	M	Caspaniel	Q	18	28	190	25
Phanuel	I	Nasiniel	N	Musiniel	R	19	29	169	26

Habes nunc ex ducibus Emonielis 12 cum subducibus & seruitoribus eorundẽ 1320 qui secundũ ordinẽ horarum ad omnem operationẽ intentionis nostræ nobis sufficiunt, siue operatio nocturna sit siue diurna. Et scias, quod princeps Emonie cum ducibus suis capite virgineo & corpore, sed cauda serpentina apparere consueuit. Tu ergo cum volueris per spiritus Emonielis aliquid in Steganographia operari: fac ea, quæ nosti secundum artem generaliter esse facienda: &

Digitized by Google

po-

postea lege istam coniurationem, tacite sub silentio, nominans spiritum vocandum.

Carmen Coniurationis

+Emoniel aproisi chamerusyn thulnear peanos meuear, pandroy cralnotiel narboy mauy fabelrontos, arliel chemorsyn nety pransobyr diuiel malros ruelty person roab chrumeerusyn.+ Hac coniuratione dicta eo modo, quo ars ipsa requirit, spiritus quem vocasti apparebit, paratus obedire ad omnia, quæcunq; mandaueris ei, quia beneuolus & fidelis est.

Arcanum qualecunque volueris,

Amicum habeo passim omnibus nimium confidentem, qui pro amicis fouet inimicos, à quibus malam famam & damnũ sæpe reportat. Credulus est blandimentis adulantium & vnius maxime suo lateri adhærentis, quem nescit sibi contrarium in occulto, quia blandum videt in aperto. Ipsum accusare cupio, ita tamen vt consilium soli amico fiat notum: cæteris fiat occultum.

Literarum tenòr formetur ad placitum.

Ioannes Trittemius Abbas Spanheimensis R P D. Nicolao, Episcopo Irbursiensi, Vicario Panormitani Archiepiscopi S. P. D.

CVm tuum ingênium, vitæq; honẽstatem ad mentem reuoco: te ômnium êpiscoporum dignissimum, Patèr Reuerende & præstantîssime, prónunciârê maximè compellor, Enimuerò siue eruditionem intuear bonárum artium in tê siué innocentiàm vitæ tuæ: quid aliud quam te iustissimum, ómnibus literis èrúditissimum, sànctissimisq; moribus rèuèrendúm dixerim? Adornàs conuersatiônèm tuam operîbũs rectitudinis: semperq; te exhibes optimum pastorem animarum, atq; in literis iugiter te studendo exerces, vt tibi aliisque conferas vtroq;, Vale. Datæ ex Spanheim 11. Cal. Aprilis, Anno dominicæ Natiuitatis M.D. ——OT

Postquã literas acceperit is is, cui mittũtur, in arte Steganographiæ perfecte imbutus: faciat, sicut nouit secundũ artem esse faciendum, quibus præmissis coniurationẽ subiungat.

CARMEN CONIVRATIONIS.

+Emoniellebos chameroty meor pemorsy dyor medulorsyn fray pean, Crymarsy melrosyne vati chabaryn dayr. Aschre

Digitized by Google

cathurmo fabelron ersoty mar dase. Carmine rite completo, spiritus vocatus aderit in forma sibi consueta, reuelabitq; tibi omnia & singula, quæ sibi fuerant commissa arcana cum fidelitate.

Explicatio.

Est אמונה Hebræis idem atq; latinis *veritas, fidelitas, firmitas,* vnde exoritur nomen אל—אמון Emoniel *verax spiritus.* Sic nominatur Princeps is generalis, qui operationibus hujusce capituli est præpositus, ipsius character est Mem clausum ם, Abecedarius is,

Potestas tuxab cdefg hilmn opqrs yz&æ

Character àèìòù âê îôû äëïöü áéíóú (ÿ ÿÿ)

Ex hoc Abecedario Trithemæam mentem adsequeris si ex dictione OT, hæc est decima, colligere minutias incipias reperies etenim hanc enuntiationem.

òêè îó àê íèáê éíà òèíú àèèú àî êî úêëà.

Si admiraris tantam euphoniam, voca spiritum, fac quæ sunt ex arte facienda & ipse sententiam ex mystica lingua cõuertet ad latinã sic.

Aduerte quod Petrus tuus te vendit.

Optime, breuissime, & obcultissime nuntiatum, vt Episcopus Nicolaus prouideat sibi, & caueat ab illo, vt ille nõ nouerit vnde justissima sibi pœna infligitur, vt alii non noscant eiusdẽ Petri inperfectiones.

REVERENDISSIMO D. ABBATI IN AVREA-VALle fœlicitatem maximam.

Steganographicaèë àrtis splendór îngenuus sublâto clandestina litteræ velamine illuxit augustissimus, ita vt qui mihi antea negabatur óbscuritatè, nunc luce perfusus, etiàm sàepiuscule negetur. Dominâtio úestrá perillustris, quæ Aquilæ instar sõlita est similes aûthorum inpune subferre, & contemplárí radios dillúcidissimos, hos Trithèmii dignetur (obsëcro) percurrérë, corrigere, & âliis ültimum inponënti calamum, præuius ire, vt egó tanto Ducé & obmissa restitúam, inq; postèrùm deficere non possim, nec Trithemii declarationi, nec serújitio Dominationis véstræ Reùerëndissimæ, qûæ vîvat, valeat. óò. Brusell. 8. Kàl. April. Millesúmõ, sexcentèsimõ, trigësimo qúinto. ᴅʀKS.

Túaë addictissimüs sapiëntiæ, & Dominationi perillüstri.
Ioannes de Caramûel (ëêóò, ààäõ. îó.)

Mem Emonielem significat, ʀ Rasbielem, qui præest retrocursui.

KS Py-

Digitized by Google

KS Pylam in decimâ dictione collocari: inde colligo spiritus, & lego isthanc mystice obcultissimam periodum.

óèàâáûáöûá í úèù ëéëâ üëóé úèùëûîó òàú öèõ ëúúëüû ëê õò àâëö-
îó öèëàóîà.

Vrgeo Spiritum Emonielem vt latinum faciat premissisq; ex arte faciendis loquitur idiomate Latino-Rasbieleo hanc sententiam.

Ruta cson gccq subi, pic' nir, P. subi gera, tu-mumi: ssin gidmeno ita cilbu. P. Etna, ibit mattim, mu itre. T.

Vrgetur Emoniel, cumq; nolit vlteriùs respondere offert sese vltro Rasbiel, & sententiam (vtpote in propria lingua æditam verbis his) latinizat.

Tertium remittam (tibi ante publicationem) dignissimum vt a Regibus Principibusq; dignoscatur.

Vbi obiter Lectorem præscire velim librum secundum Steganographiæ esse obcultissime-rarum & admirabilem, sed tertium omnium excellentissimum, quia quantâ perfectione, secundus primum, tanta tertium secundum etiam superat.

CAPVT XXVI.

Cuius supremus Imperator Icosiel vocatur, habens sub se duces siue principes 100. comites siue subduces 300 seruorum non est mihi certus numerus.

ICosiel inter spiritus aereos est vnus ex potioribus Imperator magnus & potens in arcanis Steganographiæ, habens sub se principes ducalis ordinis 100. Comites vero 300 seruorum certum numerum nondum inueni. Dicitur autē Icosiel propterea, quod in domibus libenter cùm hominibus versetur. Nā posteaquam ex ducibus eius quempiā semel debite coniuratū ad te vocaueris cū comitibus suis: si volueris, vt omnibus diebus vitæ tuæ tecum permaneat: deputa ei vnū locum secretum & abstrusum in domo tua, & coniurarum fortiter precipias eū illic manere: & obediet tibi hilariter, semperq; ad mandatum tuum erit paratus.

SVBDVCVM INDEX

Διπυλωροι		πυλωροι		ἡμιπυλωροι					
4		2		1		X	Y	Z	A
Machariel	F	Larphiel	L	Athesiel	Q	10	300	100	30

Digitized by Google

Psichiel	G	Amediel	M	Vrbaniel	R	16	306	160	36
Thanatiel	H	Cambriel	N	Dumariel	S	18	360	180	38
Zosiel	I	Zachriel	O	Heresiel	T	19	369	190	39
Agapiel	K	Nathriel	P	Munesiel	V	20	390	200	40

Hic habemus ex 100 ducibus Icosielis nominatos 15 subduces vero 50 & seruitores, qui cum ducibus suis secundum ordinem sibi in 24 horis diei & noctis deputatum, in ministerium Steganographiæ vocati per operantem venire cõsueuerunt. Ad omnia, quæ volueris, idonei & volũtarii sunt: modo tu in arte perfecte sis doctus, constans & imperterritus in operatione: quia veniunt in specie & similitudine serpentina, capita habentes virginea. Cum itaq; volueris operari per aliquem eorum, fac quę secundum artem sunt facienda, & subiunge istam Coniurationem.

CONIVRATIO.

+Icosiel aphorsi chamersyn thulneas ianotiel menear peanos crasnotiel medursan matory sabelron ersonial cathurmos laernoty bejraym alphayr lamedontinael cabelron.+ Coniuratione rite completa, spiritus aderunt vocati sine mora, quibus arcanum tuum ad amicum secure poteris committere.

Literas mittendas ad placitum facias. Arcanum sit qualecunq; volueris.

Amicus mihi sit procul absens in arte Steganographiæ peritus, ad quem mihi sit magnum secretum & arcanum, quod non sit alicui credendum, per litteras etiam, nec insinuandum. Vt ergo maneant secreta omnia, nuncium secretum mitto Spiritum, qui amico reuelet arcanum, & negotium meum teneat secretum. EPISTOLA.

Vitam nostram emendemus humiliantes nôs coram vniuersitatis summo actore. Hùmilitas Cælum impetrat, temptationes dæmonum nociûas annihilat, perniciosũm mentis tùmorèm refrænat: ômniaqúe incèndìa vìtiorum vàlenter exterminat. Trames humilitatis corônàm merètùr âccipere, nobileq; regnum possidere. Ego tràmitêm constituo tibi innocentiam, morum honéstátem, quam custodiens assidue non peccabìs. Sola nobis ista via est bèatitudinis meritum cumulandi: vt gràtiâs agentes Deo tîméamũs illum rectissimo

Digitized by Google

cordé fugientes tumultum sæculi: humilitatis exercitium nunquam fastidiamus, supernam vitam inquirentes: Ioannes Trittem. Abbas Spanheim. scripsit 10 Cal. Apr. M.D.

Cum literas susceperit is cui mittuntur, in arte peritus: signo principis cognito, faciat, quæ nouit esse facienda: deinde dicat coniurationem.

CONIVRATIO.

+Icosiel osayr penarizo chulti meradym phrael melchusy dayr pean cathurmo fabelron ersoti chamerusan iltham pedaly fuar melrosyn crymarsy phroyson.+ Hac coniuratione completa, spiritus aderit vocanti, reuelans arcanum.

Expositio.

Græci Πνεῦμα vocant, quam רוּחַ Hebræi, extat hinc nomen hujus spiritus, quod est רוּחַ—אל Icosiel, quasi spiritus geneseos, qui est vnus ex potioribus aëreis, ejus character est Nun finalis, & articulatio quæ sequitur.

Potestas. stuxa. bcdef ghilm nopqr yz&æ

Character. à èìòù âêî ôû äëïöü áéíóú. (ý ỳ ŷ ÿ)

His subfulti principiis Mentem Trithemii discutiamus. Pyla vt cõstat ex charactere est in dictione quinta-decima, quæ est *Nocinas*, ab hac igitur exordium sumo, & spirituales minutias colligens, reperio hanc mystico-euphonico idiomate sententiam exaratam.

ûúù èôû èïà ô àèù âàê éá îì èìà ïá îéüé üôù.

Vocetur mystico-euphonicus Interpres Icosiel, & statim percurret hanc sententiam atq; lectione debita articulabitur hoc modo.

Frater iuus est absconditus in domo mea.

Forte ob aliquod infortunium ad sacra confugerat, & inuenerat asylum in monasterio Spanheimensi, cui eo temporis erat præpositus Trithemius.

Est Dominus Cristophorus Buttkensius Antuerpianus in Sancti-Saluatoris Cœnobio Cistercienſi Antistes, curiosissimus, & doctissimus vir, nec quispiam velim credat homini, tot artibus illustri, & insignito, hanc scientiam obcultam denegari; ad ipsum ergo doctrinæ explicatioris causa dirigatur ist hæc epistola.

Christophoro Buckensio Cœnobii Sancti Saluatoris Antuerpiensis Antistiti S.P.

Vadam saltim in litteris, vt saluere jubeam Dominationem vestram

Digitized by Google

tram, ad cũjus domum per Typographiàn à longo tẽmpore non mihi licuit deuenire, vt solitus nobilitàtem, vrbanitatemqùe vestram expeririri, potuissem obligationi meæ, vestræq; voluntati quàm maximi fàcio, satisfacêre. Adceptis velim adnumeraretur beneficiis innumeris, quôd áuxiè exopto, vos scilicet multà jubere, impèrarè, disponère, in quèis possitis subsèruiri.

Périllustris Dominationis vestræ obsequentissimus æternum
Ioannes de K'ramuel.

Cognito Icosielis charactere, qui est Num finalis, & Ministro — Ebrâ, facili negocio spiritus cognoscetur epistolæ, obcultaq; fiet littera clara, & manifesta. Si ab primo initio minutias spirituùm colligas, reperies.

êĕïà ùüïêïà ïùû ïïàêôààïè.

Quod Icosiel, si ab arte vrgeatur, latinizabit dicens

Communis amicus iam discessit &c.

Quod omnino diuersum est ab epistolæ littera.

CAPVT XXVII.

Cuius supremus Spiritus & princeps vocatur Soleuiel, habens sub suo dominio duces principales 200 subduces & comites 200, seruitores innumerabiles.

INter eos spiritus, qui cum hominibus in arte Steganographię peritos mores habentibus, libenter conuersantur, est quidam Soleuiel nomine, nõ vltimus inter principes huius artis, qui habet sub se duces principales 200 subduces siue comites similiter 200, qui inter se hunc ordinem infallibiliter obseruant, vt qui hoc anno sunt duces, anno sequẽte sint comites, fiantq; alternatis vicibus ex ducibus comites, ex comitibus similiter duces. Seruorum autem certum numerum non adhuc reperi, qui & ipsi ordines suos inter se secundum horarum dispositionèm custodiunt.

Διπυλῶροι		πυλῶροι		ἡμιπυλῶροι						
4		2		1		S	T	V	X	X
Inachiel	F	Nadrusiel	K	Axosiel	O	20	30	40	300	299
Praxeel	G	Cobusiel	L	Charoel	P	26	36	46	260	298
Morucha	H	Amriel	M	Mursiel	Q	28	38	48	266	296
Almodar	I	Prasiel	N	Penador	R	29	39	49	290	259

Digitized by Google

Hic habes ex principibus Soleuielis 12 quorũ sex primi sunt isto anno duces, & reliqui sex comites: sequẽti anno isti erũt duces, & illi comites, & ita cõsequenter, alternatis sẽper vicibus. Subseruitorũ numerum collegi 1840. Quãquam sint plures quos nondũ numerare potui. Cũ autẽ per istos spiritus operari volueris, esto cõstans animo & fortis, nec terrearis ab eorũ aspectu, cum videris eos in forma serpentum apparere cũ capite virgineo. Deinde fac quæ sunt secundũ artẽ facienda; quibus premissis, subiunge istam coniurationẽ.

Carmen Conjurationis.

+Soleuiel marfoy chamerusyn oniel dabry diuiel peanvear, lasmyn cralmoty pedaros drumes, pean vear chameron loes madur noty basray erxo nadrus peliel thabron thyrso ianothin vẽar perasy loes pean nothyr fabelron bautesy dramerõ eschiran pumelon meor dabrios crimorfiel peny vear nameroy lyernoti pralsones. +Completo rite carmine, spiritus adernnt vocati in consueta forma, quibus cõmittas arcanum.

Arcanum ponamus ad placitum.

Amicum procul absentem, in arte Steganographiæ antea peritum, super quibusdam periculis imminentibus auisandum duco. Sed publicum vereor, quum de alieno periculo facerem proprium: quod euitare vt possim, non literis, non hominibus committo secretum; sed spiritui, quem noui in omnibus fore fidelissimum.

Literas formemus ad placitum.

Ioannes Tritt. Abbas Spanheimensis ordinis Sancti Benedicti R. P. D. Rutgero Sycambro, Archiepiscopo Naruiensi S. P. D.

EXponet tibi Nicolaûs, reuerendissimus stvdiösissimusqué îrbusénsis Episcòpus, generalem rerum Ecclesiasticarum tuarum gubernatòrem male rem gessisse, vincûlis ligatum subjiciéndo domini nostri Desiderii regis vicariûm bénignum virum, & fame excruciatum interemisse. Hòstem quotidie Desiderium regem irrumpentem diœcesi expectámus. Sed te exoramus, succurras breui: ùt in hostem non incidás. Vâlé 9. Calend. April. M. D.

Cum

Cum has literas acceperit is cui mittuntu(modo sit in arte generali imbutus antea)faciat,quæ sunt faciēda, subiungens istam coniurationem animo constanti,nil mētuens.

Coniuratio.

†*Soleuiel curtiel chamerusyn saty pemalros dayr ianothy catburmo parmoy iotran lamedon frascu penoy iltbon fabelmerusyn.*† Dicto carmine,spiritus missus ab operante visibilis apparebit,reuelans omnia cōmissa fideliter: & si quid remandare voluerit operanti,eidem spiritui committat.

Illustratio Capitis

Quia dicturus erat hunc spiritum libenter cum hominibus cōuersari סלה אבהאל Soleuiel,hoc est, *propitia voluntatis spiritum* cognominauit,eius character est Phe finalis,sicq;quotiescunq;in epistolæ fine hanc literam conspexerimus scire debemus hunc sub illa spiritum inmaterialibus vinculis contineri: suauissima est ipsius loquela,siquidem articulat εὐφωνιολογὲς perpetuo sic.

Potestas. a b c d e f g h i l m n o p q r s t u x y z & œ

Character. â ê î ô û ä ë ï ö ü á é í ó ú à è ì ò ù ý ÿ ŷ ÿ

His igitur speculationibus manuductus instructior poteris Trithemęam mentem contemplari,scrutariq; ab ea Steganographicę missa ad Archiepiscopum Rutgerum arcana. Vides subscriptionē statimq; cognoscis pylæ,prēcipuiq; aditus custodiam conmissam esse Axosieli Hemi-pyloro qui in ordine S habet dimidiam partem anguli conmunis,& sic decem stipatur militibus,foliumq; suum constituit in dictione decima,quæ est *Ecclesiasticarum.* ab hac ergo incipiens & subcessiue spiritus Ebræ deductus patrocinio inuenies has euphonias.

ôûé ûéò à ìù áâ-éûì öé ïéò.

Non intelligis,quia hæc lingua euphonio-mystica est nimis aspera & difficilis,& sic vocas interpretes,si quęris exteros nec conparebunt, nec comparentes,si loquantur,intelliges,habes in charactere Phe finali Soleuielem, illum adpella,obedit,venit, explicat, dicit.

Venenum te manet in conuiuo.

Secretò nouerat Trithemius,clam amico suo periclitanti declarauit. ipse adcipit literas Abbatis,legit,intelligit,venit statuta conuiuiq;determinata dies,Archiepiscopus simulat se egrotare.non vadit ad cōuiuium,sicq; infirmitate vitauit mortem, prælegens habere infirmitatem,sine morte,quam mortem sine infirmitate.

Digitized by Google

Ardeat

Ardeat Coridon Amarillida, non solum Romanam, sed & Christianam iuuenẽ, huius adfines cognouere vtriusq; leuitatem, parant insidias literas abripiũt, & insunt maximo periculo, alterutri: necessariũ illam de propinquorum domo educere; quomodo ergo illi est adnũtiandum? Scribat Coridon epistolam omni liberam subspicione, fingat se tristari, quod Amarillida pœniteat pristinæ lauitatis, vt legentes credant illam cantasse palinodiã, & post vocet spiritum, jubeat quod sequatur epistolam, & amasiæ nuntiet vni secretum, Epistola sit hæc in lingua Hispanica, quia cum Amarillis venerit Romam ex Mãtua Carpentanorũ si epistola hispana non esset, nullo modo intelligeret.

A AMARILIS S. DECIMAS.

Lloro Señorâ y no entiendo
Este mal qũe preuenis
Pues vos confesion pedis!
Quândo yò mé estoy muriendo.
Mi frenesi vâ creciêndo
Y al paso dê esâ inclemenciâ
Crece tàmbien mi inpaciencia
Qûe es cruel resôluciòn
Que de vuestrà confesion
Lleue yo lâ penîtenciâ.
Dèzis que â la yglesia ûais
Con intèncion de âbsoluerôs
Yo digo que â retraeros
Pórque mûerto me dejàis.
Pero sî bien lo mirais
No aûeis dêl tòdo escapado,
Pôr que yâ me an declarado
Mis amorosos desuelos
Que amor con vara de celos
Puede prender en sagrado.
Primero que os confeseis
Sera raçon aduertir
Que aueis de restituir
Vn' alma que me debeis.
Y quando en la Yglesia entreis,
Veed que vuestras niñas bellas,
Entran virtiendo centellas,
Que a la Yglesia a matar salen,
Y las Yglesias no valen
Al que mata dentro dellas.
Solo pudiera aduertiros
Que fuera cierto el perdon,
Si con vuestra confesion
Tubierades mis suspiros.
No se a fe como deciros
Verdades, que sabe Dios.
Y al fin para entre los dos
Esta confesion temi
Mas por condenarme a mi
Que por saluaros a vos.

Venit epistola, capitur ab insidiis, cognoscunt Corydonem contẽptũ, conuersam Amarillida, sic lęti præmittũt literas ad illam venire, quę dum publice conceptus jam contempti legit & celebrat, amati amantis verba clanculo percipit loquente spiritu in hunc modum.

âüâ òéâ íèè âîâ àûô ûòâ âîâ èâ û èìâ ôâóûà îûê öôâ.

Vrget tacita Soleuielem ex arte ipseq; in Hispanicum idioma transducit, quæ dixerat in mystico, sic.

A la vna os sacare de vuestra casa, est ad aperiendum.

Videris maxime diligi, qui in litteris contemni propalabat, concursumq;

Digitized by Google

sumq; spiritus Steganographici valde esse vtilem, imo & necessariũ ad arcana mentis secretissime manifestanda.

Hinc colliges hanc obcultissimam scientiam non adligari ad vnã vel alteram linguam, sed per omnes eque discurrere, ita vt si mittatur Symbolum Apostolicum vel quidpiam aliud, per Spiritum concomitantem poteris quidquid velis in quocunq; idiomate nunciare.

CAPVT. XXVIII.

Cuius supremus spiritus & Imperator est Menachiel, qui habet sub se principes sive duces 20, comites 100 seruos incerti numeri, qui suis obediunt ducibus,

QVamuis ad omnem Steganographię operationem ea, quæ diximus, copiose nobis videãtur sufficere: ne tamẽ ea, quæ sumus experti, obliuioni tradamus: placuit adhuc nobis nõnulla subiungere, quæ esse ad huius artis perfectionem optima, prædictorũ spirituũ reuelatione, cognouimus & satis plene experti sumus. Est itaq; inter alios spiritus, qui huic arti fauẽt, vnus Menachiel nomen sortitus ratione officij, qui habet sub se principes & duces 20, comites 100. seruos multos, quorũ mihi incertus est numerus, qui omnes in commissis sunt fideles & optimi nuntii in causis magnis regum & principum, per quos operabimus mirabilia.

Διπυλώροι		πυλώροι				τριπυλώροι		τετραπυλώροι	
2		1		S	T	V	3		4	
Larmol	F	Benodiel	I	20	10	100	Barchiel	M	Nedriel	P
Drassiel	G	Charsiel	K	26	16	160	Amasiel	N	Curasyn	Q
Clamor	H	Samyel	L	29	19	190	Baruch	O	Tharson	R

Iam habemus ex ducibus sex, & ex comitibus, totidẽ nominatos, ex seruis quoq; eis deputatos per vices & ordines suos numero 390. Habent inter se hunc ordinẽ, vt prima vice duo duces vocentur & vnus comes: qui secunda vice iterum vocatur, & tunc venit in ordinẽ ducum. Tertia vice fit comes qui fuerat dux primi ordinis primus, & ita consequenter.

Digitized by Google

quenter. Cum ergo volueris per spiritus Menachielis aliquid operari: considera diligenter, quis dux, & quis comes sit tibi vocandus secundum tempns & horas: præmissisq; premittendis dic Coniurationem.

CONIVRATIO.

Menachiel marfoy peanòs onael camerusyn theor ianothy ofayr melros tudayr penorsyn sachul tarno roseuas peathan asiel morfoy maplear casmyron storeal marpenu nosayr pelno dan layr thubra elnodion carsephy drumos fabelmerusin andu pean, purays calbyn nachir loes philuemy casaner. Hac coniuratione rite completa, aderit spiritus vocatus, videlicet primo comes vnus, duces duo cum seruis.

Arcanum sit qualecumque occurrat.

Sit tibi arcanum ad amicum aut amicam, qualecunq; pro tempore aut rerum varietate occurrit, quod non velis alicui alteri fieri commune. Voca spiritum, commenda illi negotium, nihil metuas; omnium fidelissimus est; bene conmissum implebit.

Literas super his formare poteris quales volueris, ad placitum tuum.

MAgna sunt æternaq; obserũantium innocentiam futura commoda: angelicis laudibus hominẽs lætantès interesse: cernere lũmẽn excelsum istud: æternæ beàtitùdinis splẽndorèm, faciẽq; maiestatis lumine pròprio vidêre. Attendite ömnes, exactasq; negligentias lachrymis tergite: inutiles curas nócèntêsq; exũitè: rerũm instabilium décêptiónes O hômines lutòsi horrete: lucrum animarum tãdem inquirite. Bonis moribus virtutibusq; honorabiles estote: vanitates cõtemnite: Deum humiliter inuocate: nolite concupiscere mũdum amaritudinem infundentem. Anno M.D.9. Cal. Apr. ¶— IT

Cum has literas acceperit is cui mittuntur, ante in arte pẽritus: cognito charactere supremi principis Menachiel, præmissis his quę sunt ex more premittẽda, coniurationẽ dicat.

CONIVRATIO.

Menachiel murty chamerosẽ dayr pean cnthurmo phameron ersoti pray saruepo, fabel merỹ rean, charon ietlas Medusẽ fayr lamerosyn alty merchabon. Carmine dicto, spiritus

Digitized by Google

missus apparebit vocanti visibilis, referetq; omnia ei fideliter & secreto in aurem, quæ habet in commissis.

Dilucidatio Capitis.

Spiritus hic מנקעים ex alienigenis est, ideoq; מנקעיאל *Spiritus alienigena* cognominatur. Habet in introitu Palatii sui, quem pylam Trithemius sæpe nominat varios custodes, quorum recenset characteres, & nomina. Habet Pyloros (quorũ nomina sunt in secunda columna) quibus respondẽt numeri ordinũ S.T.V. vt KV, significat pylorum Charsielem, cum ministrorũ numero in conmuni angulo corespondente videlicet 160. in prima columna sunt nomenclaturæ dipylororum, quibus correspondent numeri duplò-majores, quam signati, sic GT. significat Dipylorũ Drassielem, qui in illo ordine T, habet ministros 32. Quæ sunt in penultima colũna nomina sunt Tripylororum, quorum numerus est triplus, sic MV. Barchielẽ cum trecentis subditis indigitat, licet notati sint in tabula 100. Vltima deniq; columna habet Tetrapylororum vocabula quibus numerus debet quadruplicari, sunt enim omniũ excellentissimi, sic RV notat Pylam pertinere ad Tharsonem & 760 sibi subditos, secretiq; consequenter aditum in septingentesima-sexagesima dictione collocari.

Character hujus potentissimi Spiritus est ר prolongatus, finalisq; articulatio autem ejusdem hæc.

Potestas x a b c d e f g h i l m n o p q r s t u y z & æ

Character âê î ôû äëïöü áéíóú àèìòù (ÿ ÿ ÿ ÿ)

His igitur subnixi principiis contra altissimam Trithemii mentem altissimas insidias præparemus, scrutaturi conceptum suum spiritui tantum conmendatũ. Ex charactere IT colligo Pylam esse *Homines*, quæ est dictio decima, ab illa incipiamus reliquias spirituales per litteras confuse sparsas sine confusione colligere; reperimus.

ëäèüê àûêèòê öóèê úèüéê íóôòüì.

Aperimus sigillum vt exeat spiritus Menachiel & sua solita puritate & fidelitate licet exter, & peregrinus; amicus & propotius tamen, exit, explicat: audimus.

Feria quarta. hora prima noctis.

Nec superscribit, nec subscribit & sic hæ temporis circunstantiæ solum sunt obcultæ positæ doctrinæ gratia.

CAPVT XXIX.

Cuius Princeps supremus vocatur Macariel, habens sub suo imperio duces, principes, comites & seruos cõplures ad diuersa ministeria deputatos.

Macarie

Digitized by Google

MAcatiel quoq; vnus ex supremis spiritibus, qui operationibus Steganographiæ pręsunt, non est omittendus a nobis cum principibus & seruitoribus suis, quia satis vtilis, promptus & fidelis est ad omnia, quæcunq; voluerimus. Habet autem principes 40 ex quibus nunquam pauciores mittũtur in ministeriũ, quam 4. videlicet duces tres, comes vnus cum seruis nõ paucis. huncq; inter se ordinem obseruant, vt per vices suas semper ex ducibus vnus gerat officiũ comitis, & secundum quatuor partes anni. Et de his omnibus necessarium est operantẽ plenam habere notitiam. Sed iam ex ipsis principibus nominemus aliquos, qui nobis ad operationem Steganographiæ nostræ abunde sufficiant.

Διπυλωροι		πυλωροι		ἡμιπυλωροι					
4		2		1		S	T	V	X
Claniel	F	Asmadiel	K	Gremiel	O	40	30	20	10
Drusiel	G	Romyel	L	Thuriel	P	46	36	26	16
Andros	H	Nastuel	M	Brusiel	Q	48	38	28	18
Charoel	I	Varpiel	N	Lemodac	R	49	39	29	19

Habemus iam nominatos ex principibus Macarielis 12 cũ seruis secundum vices & ordines suos. Cum itaq; per eos in Steganographia (caue ne voces pauciores quam quatuor ad minus ex prænominatis) volueris operari: præmissis ex more præmittendis, dic istam coniurationem.

CARMEN.

Macariel myrno chamerosy purmy maresyn amos peanam olradu, chabor ianoes fabelron dearsy chadon vlyses almos rutiel pedaron deabry madero neas lamero dearsy, thubra dorpilto melrosyne draor chalmea'near, parmon dearsy charon alnodiel parsa radean, maroy reneas charso gnole, melrosin te dranso casmar ebroset. Lãdrys masfayr therasonte noel amalan. Hoc carmine dicto, spiritus vocati aderũt in di-

Digitized by Google

uersa specie apparentes, & frequenter quidem capite cum virgineo, corpore & cauda desinentes in formā draconis, inuoluentes & reuoluentes se quadruplici ordine.

Arcanum sit ad Principem,

Præfectus regis aut principis, in terra seu prouincia constitutus, intellexit delatione secretissima hostes in breui propositū habere prouinciam irrumpendi: vult auisare principem: sed nuntiis non potest, quia torquendi sunt ab aduersariis in via vt tradant arcanum: nec literis, quoniam omnes aperiuntur per eos. Vocat ergo spiritum, committit arcanum, literas fingit alienas.

Literas fingamus nihil conducentes.

ROgamus, amicorum suauissime, tuum exemplar Tertulliani nobilissimi sapientissimiq; viri nobis vt velis veteris amicitiæ intuitu rescribendum velōcitēr mittere, Bernardiq; epistolām ad templarios. Tertūlliānò gloriosum Cāthólicæ sanctitatis nomen noūimus cuncti exhibitum āntiquítús inter nōstròs: nobileq; lumen scimus illum fidei sāctæ non remānsissē vltimum. Actiōnibus erāt eximiùs, gloriosus diuinæ legis īnstitutór: assertor nostræ libertatis deuotissimūs. Licet āliquibus repræhendatur, scripsit tamen, fidem exponendo nostram, honoranda volumina. Habebat autem Coniugem zelosam Religionis nostræ amatricem: humilitate & innocentia nobilē: castitate gloriosam. Extant rectę institutionis ipsius nonnullæ elucubrationes laudabiles, dulces exuberantesq; doctrinæ multæ: epistolæ breues non inutiles, nos ad acquisitionem æternæ gloriæ honorifice gratioseq; hortantes. 8. Cal. April. Anno M.D. Ioannes Trittem. scripsit.

——OS

Cum has literas aut quaslibet alias acceperit is cui mittuntur in arte Steganographiæ antea peritus: cognito signo Macariel is faciat quę sunt ex more faciēda, subiungēs carmen.

Carmen Conjurationis.

† *Macariel osayr chamerose ebusti pesano dayr fameron cathurmo pean ersoty lamedon souapor casrea mafyr. Ianos tharsia, peathanon acri pean etion matramy.* † Completo rite carmine, spiritus missus visibilis soli apparebit.

Dillucidatio Capitis.

Macariel Hebraice מאר—אל *Medulla luminis excellentissimi.*

Digitized by Google

habet

habet duces, subduces, quos in tabula vides prenotatos, character eius sunt quatuor pũcti sic ·:· & articulat legibus obstrictus subsecutis.

Potestas. u x a b c d e f g h i l m n o p q r s t y z & œ

Character. â ê î ô û ä ë ï ö ü á é í ó ú à è ì ò ù ý ỳ ŷ ÿ

Curemus igitur Abbatis obcultissime-acutissimi mentem inuestigare. Signum pylæ est OS. ideoq; in dictione vigesima locatæ, ab illa incipio & conjungo spiritatas euphonias isthas.

ò â, ëûâ, ò áó í î i ùáú úôò áäë ôâù üî óû âjô, ëí.

Vix intelligo verbum, nisi velis dicam quo Eua & nostræ nomen vniuersalis Genetricis, iii nomen Dei, quæ per tres Iedim cõsueuit sæpissime describi, & *Vau* nomen litteræ connectiuæ &c. sed quomodo construendum? quâ explicandum ratione? confitendo imperitiam humanam, spiritualemq; intelligentiam Macharielis inuocando, quę adligata characteri ·:· non potest defectionem facere à legente: se se vocata prę̃sentem exhibet, interrogantique respondet in illa sententia euphonio-mystica isthanc Latinam contineri.

Suecus in Martio obsidebit hanc vrbem.

Vide igitur quanta securitate per medios inimicos hoc secretum ad manus alicujus Principis potuisset deuenire.

CAPVT XXX.

Cuius Imperator supremus vocatur Vriel, habẽs sub suo dominio duces 10 comites vero siue subduces 100. seruorum incertus est numerus.

SEd nec Vrielem principem magnum nos decet omittere: quem nouimus experientia nos docente non vltimũ inter huius artis fautores vtilitaris locum possidere. Habet is sub suo dominio & imperio duces & principes huic arti Steganographiæ deputatos 10. comites siue subduces; qui sẽper ipsos duces comitantur, quilibet in ordine suo 100. seruos multos quorum mihi adhuc certus non est numerus.

Διπυλωροι 4			πύλωροι 2					T	V	X
					Q	R	S	α	α	β
Chabri	F	10	Dragon	L	110	100	29	γ	α	η
Drabos	G	14	Curmas	M	101	80	40	κ	τ	λ
Narmiel	H	16	Drapios	N	190	60	60	η	α	δ
Frasmiel	I	18	Hermon	O	195	40	80	β	θ	α
Brimiel	K	19	Aldrusy	P	167	20	100			

Habemus

Digitized by Google

Habemus hic duces nominatos cũ comitibus & subseruitoribus, quorũ nobis ministerium sufficit ad complementũ huius artis nostræ pro pręsẽti. Et nota quod primi in ordine sunt duces & principes. Secũdi sunt comites; habentq; inter se duos ordines, quos te scire ante omnia oportet. Illi qui sũt in primo ordine, tam duces quã comites, quotiescunq; vocantur, semper apparent mõstrosi, capite videlicet virgineo, corpore & cauda in forma serpentis. Qui sunt in secũdo ordine, familiari nobis & vsitata similitudine apparere cõsueuerunt. Nec pauciores venire solent, quã vnus dux & vnus comes, sequens eum in vtroq; ordine. Cum autẽ per istos spiritus operari volueris, primo facito secundum quod nosti ex arte faciendum: postea subdas istam coniurationem.

Coniuratio.

Vriel marfoys lamedonti noes, chameron, anducharpean phusciel arsmony tuerchoy iamersyn nairiel penos raseon loes vear fabelruso cralty layr parlis meraij mear, thubra aslotiel dubyr reanu nauosti masliel pedony to chemarphin. Cõpleta coniuratione, spiritus vocati aderunt, quilibet in ordine, prompti & hilares obedire in omnibus.

Arcanum sit magnum valde.

Sit mihi quoddam arcanum ad principem, vel ad amicum, cuius manifestatio mihi periculum, damnum illi afferret non paruum. Vt ergo omnia maneant inter me & illum secreta: non homini non literis, sed spiritui commendo arcanum.

Literæ sint ad placitum nil metuentes.

INcipité fratrês dilectiissimi emendare negligéntias, lachrymis âssiduis tergentes tránsacta peccata, saluatorem omniùm viuentium rôgantês residuó tèmpóre. Exaudi Dòminè gemitus assidue lachrymantium: veniam impende vitiòrum: amator innocéntium. Viuifica lugéntes, úiùiificator inclytè: non contêmnes exulantes homínes. Miserere vãlde miseris creator òptime hominum Christe Iesu Saluàtor nostrûm nôbilissime; libera infirmas animas exulum Iesu benignissime: salua miseròs & veniàm nobis tribuẽ. Hùmilès nos exaudi infirmissimos:

missimos: in horâ mortis horribili lumén concêde iúcundum omnium consolator normaqué humilium. Anno M.D.7. Cal. April. scripsi êgo Ioan. Trüthemiús Abbas Spanheim. ⊂——PX.

Postquam has aut alias quaslibet literas, signo Vrielis principis consignatas in fine, acceperit is cui mittuntur in arte peritus; faciat in primis, quæ nouit secundum artem facienda, & dicat coniurationem.

Coniuratio.

†Vriel aflan pemason cosayr chameron, chulty fabelmeron deyr pean, cathurmo merosyn ersoti chalmon sauepo Meduse renn lamerosyn.†

Dicto carmine, inuisibilis spiritus missus apparebit in formâ sibi consueta: omniaq; sibi ab operante siue mittente cõmissa fideliter reuelabit, & secretissime: ita vt nemo circumsedentium quicquam possit percipere vel audire: semperq; arcanum manebit secretum.

Capitus Expositio.

Penultimus Steganographiæ spiritus vocatur אור—אל Vriel *Lux maxima*, vel *Lumen magnum*. Habet pyloros plurimos, sed pręcipuos iam ponit noster Abbas in tabula in ea autem est speciale quod loco numerorum ponũtur litteræ Græcæ in ordinibus TVX. in quibus est alia inquirendæ metodus Pylę, quia gratia exempli MT dat pylam in angulo conmuni quæ est N, hoc est initium secreti in prima dictione quæ auspicatur ab N deberi poni; & sic similiter de aliis.

Rogas quid faciendum est quando nulla dictio in integra epistola incipit à tali littera? Respondeo tunc mutandã esse pylam, quia ideo tot ponuntur vt si deficiat alterutra plurimę possint ipsarum loco subponi. Character ipsius est ⊂ inuersũ Beth, vt cõspicis, Abecedarius iste

Potestas. tuxab cdefg hilm'n opqrs yz&æ.

Character. âêî ôû äëïöü áéíóú àèìòù. (y ŷ ÿ)

Siquidem hucusq; adsecuti sumus mentem Trithemii magnam spem concipio, quod non poterit nos fugere in præsenti, pylori character est PX in angulo conmuni est A, sicq; adsero primam dictionem quę ab ista littera incipiatur esse secreti limen, quæro & reperio *Absiduis* in principio: inde exordiũ sumo, jungo euphonias spirituales & re-

Digitized by Google

perio hanc sententiam.

âá iùùô êò éó ôï èï èï ôé ùïè êíá ò à ûôò àúé ù èïâ ôé:éï úé:êï úé:êï úé.

Vix est aliqua dictio, quam non intelligam, & nihilominus omnium copulationem non percipio. *Iua, eo, ei, via, eja, auo, aue, va,* & si quę sunt, sunt voces cognitæ, aliæ autem non sunt omnino inexplicabiles, reliquum sententia etiam partibus cognitis remanet obcultissima. Quid ergo? vltimum remedium sit, quod sane debuisset esse primum Spiritum voco præsto est, dicit nullam voçem id quod per se sonat significare, sed altius interpretandas esse illamq; sententiam esse euphonio-mysticam pro qua ad litteram latinus diceret,

Thessaurum reperi in sepulchro Baronis Petri. Veni, veni, veni-

CAPVT XXXI.

Cuius princeps supremus vocatur Bydiel, habens suo dominio subduces 20, comites vero 200 seruorum incertus est numerus, sunt multi valde.

ADhuc vnus restat e spiritibus suptemis, nobis ad operationem Steganographię deputatus: vltimus quidem in ordine, sed cũ primis dignitate: cuius nomen ratione officii sui vocatur Bydiel, habens sub imperio suo duces 20. comites siue subduces 200. famulos & seruos cõplures. Habent hi duces çum comitibus inter se certum ordinẽ: & quotiens ab operante vocati fuerint, veniũt duces duo cum 20 comitibus, & apparẽt in forma humana, placidi, & prõpti ad omnia. vicissim inter se mutãtur vt cũ primo anno duces vocati fuerint, postea comites, in secundo comites pro ducibus vocentur.

PYLORΩN INDEX.

πυλῶροι Z		L	M	N	O	P	X	πυλῶροι Z	
Mudriel	F	20	30	200	40	200	20	Charobiel	Q
Cruchan	G	26	35	260	46	268	26	Andrucha	R
Bramsiel	H	28	38	269	48	290	29	Merasiel	S
Armoniel	I	29	39	280	49	299	30	Parsifiel	T
Tameniel	K	30	40	289	50	300	36	Chremoas	V

Habemus iam hic ex principibus & comitibus Bydielis decẽ signatos nominibus suis, qui nobis pro præsenti sufficiũt

Digitized by Google

ad

ad omnē operationem nostrā in arte Steganographiæ, cum seruis multis, qui ordinē suum obseruare nouerunt secundū imperiū ducum & principū. Cum autē per istos in hac arte operari volueris, premissis premittendis, dic coniurationē.

CARMEN CONIVRATIONIS.

† Bydiel marchan chamerosi philtres maduse vear casmyron cralnoti: pean deuoon fabelros eltida camean vror. Oniel vear thyrso liernoty: ianos prolsato chanos elasry peanon elsathas melros notiel pen soes probys chyras lesbroy mauear iothan liernoti chrymarson. †

Carmine dicto sicut oportet, spiritus vocati statim apparebunt visibiles, pulchre incedentes, & tanquam amici se mutuo complexando ducentes, eruntq; tibi voluntarii ad omnia obedientes.

Arcanum mihi sit qualecunque.

Arcanum mihi est, quod cupio scire amicum procul absentē valde secretum: substantiam cōcernit occultam, quam necesse est amittere, si mysterium quolibet modo contigerit publicari. Vnde nō homini, non literis, sed solis spiritibus committo perferendum, quos noui & securos & fideles.

Ioannes Trittemius, Abbas Spanheimensis, Rutgero Sicambro S. P. Et præsentem magni Basilij dicat oratianculam.

GLória ineffabilis beatitudinis ætérnæ bónis exercítiis humilibú q; adquíritur. Sédulis nûnc lácrymis térgite erráta mortáles, Déum amáte, adorántes nómen sánctū 'illíus. Tramî'tem IesuChrist'ī Crucî fi, xī humi, li'ter dî'scíte î'm'itar'ī semper illî' reddéntes honórem dulcîter ardéntes amôre ben'ignìs'îm'ì nóstri, Saluatóris'. Glorifi'cáte, & exaltáte laudábilem bonitátem éjus, benedícite sánctum nómen, zelántes bon'ìtát'is ī'ncénd'ìum. Vános honóres despî'c'ite, i'n aduérsîs' láudes referre díscite, deuot'ionis' exercî't'ium amáte humî'l'ìtátem nobî'lîssimam excól'ite. Iésum nos de mórte erî'pïéntem salùantémq; exaltáte. Vale 7. Cal. Aprîl': Anno Natiuitatis Domini M.D. ϟ — FL. ἰ, ἐνοῦ.

Suscipiens autem literas amicus, in arte Steganographiæ antea peritus, cognito charactere Bydielis, premissis his que

Digitized by Google

sunt ex more præmittenda, generaliter dicat coniurationē.

CARMEN.

Bydiel maslo chameron theory madias near fabelron thiamy marfoy vear pean liernoty calmea drules: Thubra pleory malresa teorty melchoy vemo chosray. Carmine dicto, spiritus astabit, visibilis duntaxat illi, qui eum vocauit: referet tibi commissa integre atque fideliter.

Pellucidatio Capitis.

Iam Deo auspice ad vltimi spiritus declarationem deuenimus, Bydiel vocatur, apud Hebreos בן—אל *Solus*, nō quod Sotios, ministrosue non habeat, sed quod primus sit vt notat Trithemius in dignitate. Character ejus est ɣ Gimel inuersa.

Scripserat obcultissime ingeniosus Trithemius noster, per Thamureas, clandestinasq; reuolutiones litterarum, multitudine litterarū diues, siquidem suæ eruditionis sphæra conmunes supergressa limites triginta, & duas litteras, totidem ventis corespondentes litterarū series obcultas, superius expressas, continebat. Breuitati postea consulens, & facilitati quinq; tantum litteris, iis vocalibus (raro etenim admittit Y) per latebras curiosissimus eloquebatur, nunc tandem tandē vnica tantum littera se obcultissime explicat Aristophanem imitatus huius obcultissimi scribendi atq; loquendi generis nusquam cognitus, quamuis a plurimis relectus, inuentor. O quotiens ad hunc eruditissimum venerunt authorem quasi non venissent; o quotiens scioli quasi nil legissent, omnia ipsius carmina oculis, & voce perlustrarunt. Ille dicit in Pluto.

SY. *Negatis! intus est (ō fœdissime)*
Multa res piscium, & carnium assatarum.
ὕν' ὕν' 'ὺν 'ὺν.

CAR. *Infelix! odoraris aliquid?* IVV. *Frigore forte*
Quoniam tali indutus est veste tritâ.

Græce scribitur per Y, sed latine per V legit inter plutinos Caninius Angelus, qui in dialectorum canone, quid rarum in iis verbis odorans, licet in diuersum conceptum ea trahens festiuissimum versiculum nominauit, & notauit vocibus φῦκος *Fucus.* quasi indigitaret hoc carmen quod vere Græce est.

ὑ ὑ ὑ ὑ' 'ὺ ὺ 'ὺ ὑ'

Non secus atq; hanc vocem φῦκος, nihil significare, quod si notantes

Digitized by Google

vocem

vocem φῦκος, quæ Græcis nihil est characteribus propriis scriptam esse *Fucus*, malitiam astutiamq; verti; Aristophanis carmen malitia, astutiaq; clandestinis conpositum, ad veram possimus transtulisse orthographiam, veram nos authoris mentem per fucum expressam adsequuturos esse.

Potestas. aα: bβ: cχ: dδ: eεη: fφ: gγ: hʼ': iι: kκ: lλ: mμ: nν: oοω: pπ: qχ:

Character. i, ï í î ì iʼ ïʼ íʼ îʼ ìʼ i' ï' í' î' ì' 'i

Ch. Græc. υ ὕ ὐ ῦ ὺ υʼ ὕʼ ὐʼ ῦʼ ὺʼ υ' ὕ' ὐ' ῦ' ὺ' 'υ

ρ: sς: τθ: uυ: xξ: yυ: zζ: œφ: &χ:

'í 'î 'ì 'ï 'i 'ï 'í 'î 'ì

ὕ' ῦ' ὺ' 'υ 'υ 'υ 'ὐ 'ῦ 'ὺ

Eiusdem valoris est quæcunq; alia vocalis Græca, aut latina si ipsissimo artificio spiritetur.

Huiusce Alphabeti ministerto ex monosyllabsω mystico sermone ad conmunem Græcum translatum est carmen hoc fucatum Κλεπτέτω hoc est *Auferto clanculo, & subreptitie.* quia ille dum publice subridebat jocose, serio seruo suo iubebat, quæ fuerant præparata ab aliis clam, atq; fucate subripere & furari.

Hunc noster Trithemius Aristophanicum (in secundo libro expẽdendum) modum adtingens maioris, & subtilioris gratia clausulæ. hoc charactere epistolam subgillauit ϒ— ι,εουα. Littera Bydielem significat spiritum Steganographon, qui fines huiusobcultissimi libri, disponitq; seras secundi adaperiendi. — Ebræ character est, & nota directionis. Littera FL Pylorum significat in dictione vigesima constituendam. vox illa ι,εουά, Hebræis יהוה, mystice notat rerum omnium finem vltimum, ad quem debent dirigi, esse Deum, quẽ de nomine nostro Hispano YO. Hebræi nos imitati יהוה quasi primã personã nominarũt, eo quod sit omnium creaturarũ causa princeps, primaq; persona intellectualium, ideoq; voluit noster piissimus Abbas vltimam ipsius epistolam hoc Augustissime ineffabili nomine terminari. Verum ι,εουά (& ἀναλογικὸς philosophari oportet in aliis, cum ponantur, litteris) Steganographice significat primo legendas esse omnes II., post omnes EE, post OO, penultime VV, & postremo AA. sed & ideo posuit posuit punctum post I, quia tantum littera I vtiliter in hac epistola spiritetur. Quid obscurius? quid secretius imaginari potuit.

Iunge igitur methodo precedenti spiritatas litteras, & reperies hanc mysticam sententiam in Iotis obcultissime inclusam.

Digitized by Google



Recurre ad ſpiritum Bydielem incluſum in charactere ɣ, breuiter, clare & dillucide tranſducet ad Latinum idioma ſic.

Sciui ab amico quod ſit teſtamentum fictum. Prouide tibi.

Forte aliquo, ex cuius falſitate conperta, is Rutgerus periclitabatur.

CAPVT XXXII.

In quo ſcriptorum ſit quædam neceſſaria recapitulatio, Inſeruntur cautelæ nonnullæ, quæ volentibus exercere artem Steganographiæ ſunt obſeruanda.

POſtquam (Deo maximo ſuperbenedicto laus) non ſine ingenti & continuo labore officia ſpirituũ ſupremorũ Steganographiæ noſtræ præ cæteris fauentiũ deſcripſimus: ne volentes per eos operari contingat errare in ordine, nominibus, characteribus, ducibus vel comitibus: neceſſarium duximus generalem omnium tabulam pro memoria in hoc capitulo ordinare.

Quinque Pylorum principalium ſingulis ſpiritibus correſpondentium Tabula.

Spiritũum Steganographõn Nomina			*Meridiani.* A	*Mediænocti.* b	*Matutini.* c	*Veſpertini.* d	*Cenitales.* A
א	1	Pamerſiel	1000	10000	100	00	B
ב	2	Pachiel	10000	200000	100	10	C
ג	3	Camuel	50	500	50	5	D
ד	4	Aſeliel	10	20	0	209	E
ה	5	Barmiel	10	20	10	206	F
ו	6	Gediel	20	30	00	200	G
ז	7	Aſyriel	20	200	10	100	H
ח	8	Meſariel	30	36	00	300	I
ט	9	Malgaras	30	30	10	200	K
י	10	Dorothiel	40	400	-0-	400	L
כ	11	Vſiel	40	46	30	300	M
ל	12	Cabariel	60	59	50	500	N
מ	13	Rayſiel	50	56	40	400	O
נ	15	Symiel	10	1000	0	4	P
ס	16	Armadiel	1000	180	10	800	Q

Digitized by Google

Baru-

ע	16	Baruchas	10	180	0	100	R
פ	17	Carnesiel	1000	200	1000	300	1000
צ	18	Caspiel	200	400	200	400	200
ק	19	Amenadiel	300	500	300	500	300
ר	20	Demoriel	400	600	400	600	400
ש	21	Geradiel	200	100	40	30	60
ש	22	Buriel	100	10	10	100	S
ת	23	Hydriel	10	20	100	200	T
ך	24	Pyrichiel	40	30	200	10	V
ם	25	Emoniel	10	20	100	20	X
ן	26	Icosiel	10	300	100	30	Y
ן	27	Soleuiel	20	20	20	200	Z
ץ	28	Menachiel	100	20	30	10	o
::	29	Macariel	40	30	20	10	oo
ם	30	Vriel	20	10	40	30	-o-
א	31	Bydiel	30	40	100	20	A

In hac tabulâ posuimus vnum & triginta spiritns principales, qui præsunt, quilibet in officio & in ordine suo, omnibus operationibus Steganographiæ nostræ, de quibus in hoc primo libro nostro sumus locuti: supponentes vnicuiq; characterem sibi appropriatum: numerum & ordinem principum, ducum, comitum, seruorum & subseruientium in propriis gradibus quoq; subiungentes, ne quis in hac arte studere cupiens propter diuersitatem operationum incidat in errorem. Magna quidem huius artis mysteria non nisi a studiosissimis viris penetrari possunt, illis vt videlicet quos amor secretorum & natura promoueat ad perscrutandum, & qui desiderio scientiæ consequendæ nullum subire laborem honestum & possibilem recusent. Homines autem pigri obtusiq; ingenio; & quos nec amor incendit ad studium secretorum sapientiæ, nec natura iuuat, cum hanc nostrę adinuentionis artem secretissimam intelligere nequiuerint: non nobis imputandum, sed suæ potius socordiæ, pigritiæ & malitiæ adscribendum intelligant; Quippe qui aut voluptatibus carnis mundialibusq; curis immersum habentes ingenium, his perlustrandis cum diligentia vacare nequeunt: aut se iam sapientes aut doctissimos arbitrantes, nostras compositiones tanquam indignas suis lectionibus contemnunt. Aderunt etiam nonnulli ita pristinis alienisq; traditionibus consistere assueti: vt quicquid in illis non didicerint, aut impossibile aut superstitiosum arbitrentur. Nihil istis ad huius profundę artis scientiam ineptius, qui aut nolunt aut nequeunt altissima eius speculari. Cæterùm eos, qui & apti & voluntarii sunt studere in hac

arte

Digitized by Google

arte (si qui futuri sunt) vt proficere possint, in fine huius libri paucis admonere statuimus. Inprimis monendi sunt quatenus artem ipsam semper teneant occultam: ne prauorum manus & notitiam penetret, qui multa & execranda scelera per ipsam facerent. Nam etsi ars ipsa per se veraciter sit bona: tamen eius practica non minus ad malum per impios quam ad bonum conduceret per bonos. Maneat ergo inter bonos secretum, quod noceret inter malos publicatum. Nec tamen scientiam istam boni propterea debebunt contemnere, quia malis ad malum proficit; sicut nec gladium spernit, qui hominē prosternit. Deinde monendi sunt huius artis studiosi, ne præsumant ad operandum in ea procedere: nisi prius in omnibus, quæ requiruntur ad practicam scientiam, perfecte fuerint instituti. Non enim me fugit, quantis rem periculis subijciant, qui minus periti in ea operari aliquid tentauerint aliquando.

Item qui bene institutus in hac scientia voluerit operari per eam: diligenter obseruare meminerit (secundum ea quæ diximus tam in circulo quam in singulis tabulis atq; capitulis) differentiam, loca, nomina, ordines & officia supremorum Spirituum, duces quoq; eorundem, & quot sint comites in numero; quem ordinem obseruent, & quot præsint substitutis: vt nouerit hæc in coniuratione exprimere. Nisi enim omnia ista diligenter custodierit artis operator, non poterit proficere, nec ad intentionis suæ effectum peruenire. Rursus diligenter attendat, quando vnusquisq; & ad quæ officia siue arcana nūcianda spiritus sit vocandus, & ad quam orbis plagam habitet: ne erret vel in locis, vel in nominibus singulorum aliquorumue, quos vocare voluerit.

Item sit auisatus omnis in hac scientia operaturus, vt attendat diligentissime, vt coniurationum verba debite pronuntiet, *in quibus* magna vis operationis nostræ consistit: quoniam dum in coniurationibus error committitur: spiritus vocati & vocandi non solum non obediunt, sed etiam omnino reluctantur. Consequenter vero præmonitus sit, ne alterum vocet pro altero, sed vnumquemq; in ordine tēpore & officio suo: quemadmodum à nobis pene in omnibus istius libri capitulis sufficienter est dictum. Nam si vel ex errore, vel ex qualibet alia negligentia, alterum vocauerit pro altero: nihil in operatione sua proficeret, sed periculum sibi potius prouocaret.

Item in coniurationibus & spiritus, qui vocatur cum suis substitutis exprimatur ex nomine, & causa vocationis antea statuatur in intentione: nec fiat operationis actus in rebus leuibus & prophanis, quas alter alteri alioquin sine periculo siue per literas, siue per nuncios

Digitized by Google

nuncios secure poterit intimare. Nôn enim nisi in magnis & arduis nunciandis, quæ publicata vel damnum vel periculum inferrent operanti, hac arte vtédum est. Item necessarium est omni operanti in hac arte scire naturas spirituum, qui sint boni, qui mali, qui prompti & benevoli ad obedientiam, qui duri atq; rebelles. Rursus, qui nocturnis operationibus præsint, & qui diurnis: quia nisi naturas spirituum antequam incipiat operari nouerit: cum difficultate maxima proficiet: & facile vertetur in stuporem. Item qui spiritus vocati coram operante apparent visibiles: præmisso verbo arcano, committat duci siue comiti mentis suæ secretum verbis debitis & appropriatis sub silentio: quia non est opus ad spiritum loqui voce extensa, sed vtatur submissa. Cauendum etiam summopere tam operanti quam recipienti, ne in aliorum hominum hanc artem ignorantium presentia operentur quicquam ad Steganographiam pertinens, dum ad locum secretum possunt habere accessum. Quod si nequiuerint esse soli, sed coactos inter alios operari contigerit: agant tam secrete, tam prudenter, & cum tanta industria, vt circumsedentium nullus quicquam de præsentia spirituum intelligat. Sunt enim omnes spiritus in ministerium istius artis deputati eiusmodi naturæ & conditionis, vt & tumultum hominum penitus detestentur & fugiant, & publicum odiant conuentum. Item cauendum quoq; est operanti, ne spiritum quoquam sine literis, vel saltem charactere Imperatoris eius dirigat: quoniam vbi ipsum characterem impressum non conspicit, obedire vocanti & arcanum perferre alicui penitus contemnit. Literas autem duplici ex causa mittimus, quamuis arcanum sine literis per solum spiritum nuntiare possemus: vt videlicet homines perferentes characterem à suspicione seruemus: & spiritum ipso charactere alligatum amico ad obediendum coarctemus.

Capitis vltimi explicatio.

Est pyla (amice Lector: finem operi inpono, & sicut scintilla ignis in vltimo est splendore lucidissima, velim meam lucem, quæ qualiscumq; in hoc Steganographico illuxit horizonte, in fine etiam clariorem adparere) id quod à Græcis dicitur πύλη Latatinis *Secretus aditus*, vnde πυλωρος ab eis dicitur, qui à nobis *Introitus custos* diceretur, sic propriissime Trithemius in suis epistolis eam dictionem pylam nominat quæ secreti sit aditus, a qua recipiens debet initium sumere, vt secreta ad se legata, inclusaq; in familiari episto-

Digitized by Google

la cognoscat. Pylórus dicitur is numerus, qui illam dictionem subputat. Sicq; in præsenti capite facit recapitulationem, spiritusque, seu operandi modos, quos nos docuit in opere repetit, & principaliores cuiuscumq; Pylóros numerat, ad distinctionemque, quæ sunt in primâ columnâ quæ est A vocauit Diurnos, Meridianosq;, quæ in sequenti sunt Nocturnos, & Merinoctios nominauit. Descripsit Pyloros Matutinos in tertiâ, in quartâ columnâ Vespertinos, omniumque Meridianorum charactèrem A, Merinoctium B, eorum qui ad Auroram pertinent C. & reliquorum Pylorum Obcidentalium D indicem esse propalauit. In vltima sunt columna habentes E Characteristicum illi, qui Cenitales Pylori nominentur, qui non numeris, sed litteris distinguuntur, quia indigitant pylam in prima esse dictione, quæ a tali littera auspicatur. Pylorum subduces, vt etiam per eorum possit operari ministerium, in singulis capitibus summâ descripti sunt curiositate, & sic nil restat speciale de ipsis, quod sit explicatione dignum, nisi tantummodo numeros me Pylarum consultò sine necessitate ad majorem splendorem alterauisse, quia melius erat omnes pyloros diuersis Pylis præsidere, sicq; inerit major in operando varietas, hanc etiam sequente pulchritudine: quia alias inter plures spiritus non esset vlla differentia.

Reperies sæpe ἡμιπυλωρους πυλωρους, & Διπυλωρους, aliquando etiam Τριπυλώρους, & Τετραπυλώρους, quibus omnibus ipsissimus numerus respondeat, tunc hac cautione estprocedendum, quia ἡμιπυλώροις debetur medietas numeri, totus πυλωροις, & duplum numeri διπυλωροις, triplum Τριπυλωροις, quadruplum τετραπυλωροις. &c. Quando non reperitur in Pylæ angulo numerus, sed littera, non sit inter πυλωρους differentia, sed eadem littera omnibus correspondeat, quia Trithemius nullum discrimen cognoscit: vel si mauis poteris variare ista hac ratione.

Pylorùs docet pylam esse in dictione primâ, quæ ab illa littera auspicatur, διπυλωρὸς in secunda τριπυλωρὸς in tertia, τετραπυλωρὸς & in quarta, & ἡμιπυλώρὸς in illa quæ est media inter initium epistolæ & primam, vt si ἡμιπυλώρω B. corrspondeat, quæro primam dictionem, quæ à B incipiat, & numerum ejus (sit gratia exempli trigesima epistolæ) tunc scio pylen in quintâ decima dictione collocari.

Quando Pyloros habet cyphram (o) tunc significat ab initio incipiendum esse, quando (oo) biciphram à fine auspicandum indigitat, quando (.o.) hoc signum à medio. Quandoq; in epistola non

Digitized by Google

ponitur Pylorôs, tum idem erit secreti, & publici aditus, & ideo ingredere ab initio.

Verum nec obmittendum iudices id, quod noster hic Abbas Trithemius & sæpe alibi adserit necessarium, circa coniurationum, aliarumq; omnium legitimam, correctissimamque pronuntiationem, quia si vnam clauis litteram pro alia subposueris (& idem iudica de aliis operationibus) omnia confundes & veritatem quæsitam, ni corrigaris, & iteres, non erit possibile adsequaris.

CONCLVSIO.

Penitiorem pro Trithemio ἀπολογίαν complectens.

EX iis, quæ diximus, negante nemine eorum, qui legerunt has lucubrationes qualescunque, manet ingenuitas Authoris demonstrata, nihilque in Steganographico contineri mysterio aliqua censurâ, seu suspicione dignum, si constituantur Iudices, qui percalleant, qui autem cœci de coloribus voluerint iudicare legant obsecro Ælianum lib. 2. de variâ Hist. & l. 9. & l. 14. Erasmum libr. 6. Apoph. & l. 8. Laertium lib. 1. c. 6. & lib. 6. Plutarchum in Apoph. Brus. l. 1. c. 10. & l. 3. c. 16. aliosque, qui efficaciter acuti eos reprehendunt, qui de non-intellectis ausi sunt judicare, quia vt est in prouerbio apud Græcos celebri

Ἀδοί τις νῦν ἕκαστ' εἰδε ἰν τεχνίω,

Nullus debet decernere de rebus, quas vel non profitetur, vel non intelligit, quia tale iudicium temerarium oportet sit, & vt est apud Augustinum non judicato sane, sed ipsi nocebit iudicanti. Nec subficiebat aliqua reprehensionis in isthoc opere adparentia, quia in dubiis ingenui ex pietate judicant, vt notat idem August. Verum cum jam nulla dubii remaneat adparentia, ingenuitate hujus Authoris domonstratâ, nullus judicio poterit remanere locus.

Aug. de sermone Dñi in monte, & habetur 11. q. 3. Can. Temerarium

Dicet aliquis I. Domine fateor nil in Steganographia reperiri quod in re sit superstitiosum, sed modus loquendi talis adparet, vtitur enim nomine coniurationùm spirituum; item spirituum Regnantium, ministrorumque; nec non vtitur nomenclaturis incognitis, quæ omnia sunt male sonantia, & sic potius delenda quam corrigenda.

II. Præterea. Interdicuntur adserta Bayi Doctoris Louaniensis, viri pii & docti, licet sint in bono sensu explicabilia, quia sonant

Digitized by Google

aliquem errorem in conmuni adceptione sumpta, ergo licet Steganographia superstitiosa non sit, cum tamen superstitionem sonet in conmuni significantiâ vocum, adhuc ingenuitate admissâ, similiter erit vitanda.

Ad primum est euidens satisfactio, quia classes spirituum, speciesque determinare, loca distribuere non est inusitatum Glottosophis, Græci enim (nouerunt docti, si inperiti nesciant, quomodo conuincendi?) cognoscunt etiam in scripturis spiritus, distinguunt in Densitatis & Mollitiei classes, conjurarunt in eorum locis determinandis. Sed nec inusitatum est etiam in Glottographiâ spirituum in Reges, ministrosque distinctio, quia Trithemius noster Hebræologos imitatus adcentus (qui ipsi etiam sunt spiritus) in Dominantes, in ministrantesque distinxit: vt videas modum loquendi Trithemianum nec nouum, nec rarum; sed omnibus Ortographis, & Glottophilis satis conmunem.

Ad secundum respondeo, Doctoris Bayi (quem doctissimum, & piissimum veneror) loquendi modum justissime damnatum esse, tum quia ita locuti erant priores Hæretici, tum etiam quia in obcasione erat vt posteriores suum errorem firmarent, tunc tandem (& hoc potissimùm) quia non demonstrabatur Authoris mens, sed vt plurimum sub pia fide humana, aut probabilitatis aliquâ specie manebat explicatio. Sic exempli gratia damnatur hæc propositio: *Datur aliqua gratia, quæ sit prima, & immediate non sit à Deo*. quia sic loquutus fuit Pelagius & ipsius discipuli, postque fuit adserta etiam a Semipelagianis, est etiam obcasio erroris; & licet aliquomodo sit explicabilis, semper remanet longè difficilis, & nusquam fit piæ alicuius intelligentiæ demonstratio. Quæ omnia non reperiuntur in Steganographiâ, quia hæ juratæ regulæ, nusquam fuerunt in vsu apud priores Nicromanticos; neque cognita, imo demonstrata sententiæ ingenuitate possunt obcasionem aliquam præbere erroris, vt de se patet, quomodo enim poterit quisquam intendere ligare spiritus diabolicos, regulis, quas ipse scientifice cognoscat ordinari ad ligandos spiritus Grammaticos? Absit, obsecro, tam leuibus rationibus verba Trithemii condemnare.

Præterea, est apud Græcos adagium frequens ἡ πορφύρα περὶ τὴν πορφύραν δια κρίνεα adfirmans purpuram iuxta purpuram diiudicandam esse, quia ex collatione certissimum judicium nascitur. Sic postquam satisfecimus collationi cum Bayo, illum etiam cum Sturmio viro docto, ingenuo & pio, quem honoris causa nomino, deq; cuius ingenuitate, in libro cui Epigraphe: *Ludus Fortunæ* nullus cordatus dubita-

Digitized by Google

bitauerit. Ipse autem per sortes procedit ; audi Hieronymum super Ionam . *Non debemus sub exemplo Ionæ sortibus credere, vel illud de actis apostolorum hujus testimonio copulare, vbi sorte Matthias in Apostolatum eligitur* (eadem etiam dicit Beda super acta Apostolorum). Sortes enim sunt teste Isidoro, *lib. Etymol.* genus quoddam culturæ Dœmonum, ex eorum consultatione futura prædicens. Atqui licet modus procedendi sit superstitiosus, cum nullum inconueniens sit, mente authoris, operisque ingenuitate demonstratis, à nullo mordetur, judicatur à nemine; ergo à fortiori Steganographia, cum modus loquendi superstitiosus non sit, vt jam monstrauí sæpe-sæpiùs si simul probetur mentis puritas, & veræ intelligentiæ proprietas, & ingenuitas, nihilque seriò, quod limites Ortographiæ transeat, adseri demonstretur, quid causæ vlterius ab sciolis (est enim securus a Doctiorum pietate, qui eum hucusque viribus & posse defendebant) poterit tam nobilis Author censurari?

Consultò censurari dixerim, non condemnari, quia ad condemnationem major authoritas requiritur, eaque vel Pontificia, vel a Sede Romanâ legitimè dimanans, qua nusquam in his Prouinciis Germaniæ, Flandriæ, & Galliæ, & adjacentibus fuit interdictus, nec vlteriùs alibi hic ipsius ingenuitate demonstrata (vt certum est) notâ sub aliquâ perseuerabit.

Ex his ergo conuictus fatearis necessarium est in re Trithemium curiositatem, in verbis loquendi Glottosophiæ conseruauisse proprietatem, ingenuitatem vtrobique. Nihilominus ego velim eum aliter locutum fuisse, vt non incidisset in notam præteritam, & non indiguisset defensore. Quod si ignarus Græcæ, & Hebrææ linguæ; ea quæ de Spiritibus initio dicebamus non percalleas, & adhuc malè audire, modum hunc loquendi crediderís, vbicumque sit *Spiritus* lege *Adcentus*, & *adcentuare* pro *spiritare*, nec *Iuratam regulam* pro *Coniuratione* substitue, sicq; Steganographiâ correctâ, nihil manebit, quod à doctis, aut possit ab inperitis censurari, quod & ego secundâ inpressione hujus libri & aliorum æditione præstitero si judicarim necessarium.

Tu igitur quicumque sis, qui hoc opus habueris, si alicubi me non adeò clarum explicatumq; esse cognoueris, boni consule, & scias me ex industria aliquando secutum Trithemianas phrases voluisse supprimere aliqua, quæ clarius possent enuntiari, quia hoc deuenturum est opus ad doctiorum, & ignorantium manus, & his vtinam nec ista subficiant, & illis pauciora lumina supersunt. Vale, & si cognouero te benigno animo has lucubrationes, summique laboris

Digitized by Google

partum adcipere, alios etiam tibi Steganohraphiæ libros, quos vltimus perficit calamus, amicè-candido conmunes faciam.

FINIS.

Dicta regat dicenda Parens Ecclesia lustret,
Suntoque Doctorum subdita iudicio.

FACVLTAS ORDINIS.

NOs Don Christophorus Martinez Cisterciensis Ordinis Generalis per præsentes litteras præbemus integram facultatem Reuerendo P. Ioanni de Caramuel Sanctæ Theologiæ Professori Lectori, inq; Gallia & Belgio, Obseruantiæ Procuratori, vt seruatis loci, in quo vacaret Typographiæ, pragmaticis, possit conposita, & conponenda in lucem edere, siquidem ex ipsius doctrina, experientiâ cognoscimus talem nos illi debuisse dare facultatem. Vallisoleti, Augusti 10. M. DC. XXXIV.

F. Christophorus Mñz. G.
ad mandatum Rmi D.
F. A. Mondrag. Secr.

P. F. Francisci de Victoria, Sacræ Theologiæ Magistri, Adprobatio.

Legere incepi non sine admiratione librum hunc, cui Titulus, *Steganographia Declaratio.* nec potuissem ad finem non perducere. Author ostendit rarum ingenium, acumen subtilissimum, pietatem maximam, vt verum fatear intentum adsequitur, Trithemiique ingenuitatem demonstratiuè conprobauit. Quapropter dignissimum judico, vt in Trithemianæ laudis ab inpiis suppressæ, inque Regum & Principum vtilitatem publicetur. Datis Salmant. Feb. 3. M. DC. XXXV.

M. Victoria.

ERRATA.

In Scribendi obcasione. Lege *Subselia* pro *sedilia*, & *largitas* pro *largitus*. alia si obcurrant sunt leuiora faciliusque notanda.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google